

[illegible] — [illegible] — [illegible] 3 v [illegible]

[illegible]

PHARMACOPOEA DANICA,

REGIA AUTORITATE

A

COLLEGIO SANITATIS REGIO MEDICO-CHIRURGICO HAFNIENSI

CONSCRIPTA.



HAFNIAE, 1805.
Sumtibus FRIDERICI BRUMMER.

Excuderunt N. MÖLLER & FILIUS, Aulae Regiae et Univerfitatis Typographi.



Lecturis

S.

Jam dudum Pharmacopoeae Danicae recudendae animadverti coepit necessitas, quum editionis, quae anno 1772 prodierat, exemplaria distracta repertuque difficillima essent. Multis jam abhinc annis Collegium medicum una cum Regia Societate medica susceperat consilium subeundi molestum hunc non minus ac salutarem laborem. Ejus tamen perficiendi curam relictam sibi vidit novum Sanitatis Collegium, quod anno superiore è Collegii medici et Academiae chirurgicae membris aliisque viris peritis constitutum, jussu Regio in illius locum ac munia successit, operamque in absolvenda nova Pharmacopoeae diu desideratae editione collocatam, omnium primam gravissimamque esse censuit.

Longe simplicior recentioris medicinae facies, multorum medicamentorum antiquiorum inutilitas, nonnullorum recentiorum nondum usu satis comprobata agendi facultas una cum eximio, quem ars Chemica nostro aevo fecit progressu, insignes postulavere mutationes, multasque cautiones adhibendas suaserunt.

Duplex inprimis nos ſollicitos habuit deſiderium, alterum, ne remediorum apparatus juſto nimis augeretur, verum potius provide, absque ullius idonei neglectu, reſtringeretur; alterum eo tendens, ut Medicis practicis eſſet copia, inter medicamenta virtute paria, ea deligendi exhibendique in uſus, quae propoſitis finibus obtinendis inprimis apta et accomodata iis viſa eſſent. Hinc dedimus operam, ut inter medicamentorum numerum nimis largum atque anguſtum media a nobis via teneretur, quod quidem ſtudium, quousque nobis ſucceſſerit, penes aequos peritosque lectores eſto judicium.

Grati profitemur nos e nonnullarum Pharmacopoearum recentiorum luce nutibusque profeciſſe, neque cujusvis noſtri Collegii Sodalium uſum diuturnum et experientiam multiplicem conſulere neglexim us.

Pharmacopoea noſtra in duas diviſa partes eſt. Priori continetur materia pharmaceutica, ſeu eorum medicamentorum, quae retinenda eſſe duximus, recenſus. Complectitur non modo ſimplicia, ſed ea quoque praeparata, quae, quum commode hic parari nequeant, peregre advehi neceſſe ſit.

Ordinem ſequuti ſumus ſequentem. Primo loco habetur cujusvis medicamenti nomen officinale. Sequuntur ejusdem nomina vernacula, quantum fieri potuit, in Dania, Norvagia, Islandia, Laponia cet. conſueta, denique Teutonica. Ea tandem excipit Lin-

naeanum, addita Classium et Ordinum, ad quos illud pertinet, mentione, ejusque descriptione succincta. Quibus praemissis subjiciuntur Characteres sensus potissimum ferientes, saporis, odoris, nec non figurae cujuscunque fere simplicis; locus natalis, tempus collectionis et inprimis notae bonitatis. Neque desiderantibus in medicamentis e regno vegetabili receptis, deest designatio tabulae aeneae, quae in Florae Danicae illustri opere ejus figuram exhibet.

Parte posteriore medicamenta composita et praeparata comprehenduntur. Hic quoque diu haesimus suspensi, utrum chemica nomenclatura recentior a nobis recipienda, an servanda antiquior esset. Hinc aderant causae verendi, ne nova vocabula minus peritos tabernarum medicarum ministros in errores inducerent, iisque varia miscendi turbandique ansam praeberent; illinc probabilis exspectatio, non adeo procul abesse tempus, quo antiqua recentioribus locum cessura sint; et omnino commendabilior ratio ea visa est, qua medicamentorum denominatio potius a partium constituentium natura, quam virtute medica, peteretur. Inde et hic mediam inire viam conati sumus, ut adeo et antiquiora et recentiora nomina, cum in ordine alphabetico generali, tum in indice commemorata reperiantur, quo ea quaerendi noscendique difficultas nulla erit.

In remediorum extemporaneorum delectu cautam parsimoniam adhibuimus, ut non nisi perpauca admissa invenientur. Persuasum enim

nobis habuimus, Pharmacopoeam unice ad pharmaceuticas chemicasque notiones referri debere; neque dubitavimus, doctum quemvis facili negotio e medicamentorum apparatu copioſo formulas ſuas compoſiturum. Accedit, quod in notis formulis applicandis ſaepius ſingularia momenta atque indicia obveniant, quorum habita attentius ratione illas immutari oportet; nimiae vero formularum copiae facilis ſit abuſus, ad adjuvandam adaugendamque malam medicaſtrorum ſedulitatem, unde ad rempublicam infanda damna redundant. Agyrtis vero hisque, quorum ad aegrotantis cubile perfugium eſt formularum pharmaceuticarum ſylloge, noſtram Pharmacopoeam inſervire noluimus.

Praeparationes chemicae ex parte ſunt multo ſimpliciores redditae, omnes vero, quoad fieri potuit, accuratiſſime inſtitutae. Conſpicua noſtrorum pharmaceuticorum Sodalium Beckeri et Mantheyi, virorum peritiſſimorum ſolertia, nos de illarum explorata fide eſſe certiſſimos jubet.

Quum ob emptorum paucitatem fieri omnino nequeat, ut oppidorum minorum tabernae medicae pleno medicamentorum apparatu inſtructae ſint, delectum maxime neceſſariorum, quae in omnibus minoribus pharmacopoliis praeſto eſſe debeant, in calce ſubjunximus.

Tandem adjecta eſt Taxa medicinalis, quae tamen e juſſu Regio, prout commerciorum viciſſitudines aliaeque rationes id poſtulaverint, annuis mutationibus erit obnoxia.

Caeterum gravitatem et difficultatem laboris a nobis fuſcepti omni ambitu ſuo perſpectam habuimus, nullique operae pepercimus, ut ea quam diligentiſſime perfungeremur. Idcirco vero novam hanc Pharmacopoeam omnium judicio ſe probaturam eſſe, tantum abeſt ut ſperare audeamus, ut potius exiſtimaturi ſimus, nos ſtudiorum noſtrorum fructus ſat uberes laetosque percepiſſe, ubi iis, ad leniendam aegrotantium miſeriam et ad ſanitatem eorum citius tutiusque reſtituendam, nonnihil conferre nobis contigerit.

NOTAE *circa Pondera et Menſuras.*

I. Libram medicam ubique in Pharmacopoea noſtra intelligimus. Eſt illa Unciarum duodecim. Si quis igitur libram ponderis civilis deſideret, diſtinctis hoc in praeſcriptione notetur verbis, Unciarum numerum, quarum haec ſedecim habet, indicando.

II. Uncia (℥) drachmas octo; Drachma (ʒ) tres ſcrupulos; Scrupulus (℈) viginti grana continent, uti melius e ſequenti apparet Tabula:

	Libra una	Libra ſemis	Uncia una	Uncia ſemis	Drach. una	Drach ſemis	Scrup. unus	Scrup. ſemis	Gran. unum
Gr. Granum . .	. .	. .	. .	. .	. .	. .	. .	. .	1
℈ß Scrupulus ſemis	. .	. .	. .	. .	. .	. .	. .	1	10
℈j Scrupulus unus	. .	. .	. .	. .	. .	. .	1	2	20
ʒß Drachma ſemis	. .	. .	. .	. .	. .	1	1½	3	30
ʒj Drachma una	. .	. .	. .	. .	1	2	3	6	60
℥ß Uncia ſemis .	. .	. .	. .	1	4	8	12	24	240
℥j Uncia una . .	. .	. .	1	2	8	16	24	48	480
℔ß Libra ſemis . .	. .	1	6	12	48	96	144	288	2880
℔j Libra una . .	1	2	12	24	96	192	288	576	5760

III. Menſura noſtra ordinaria (Pot) eſt librarum duarum ponderis civilis.

IV. Herbarum florumque pondus in praeſcriptionibus per faſciculos, manipulos et pugillos determinari ſolet. Praeſtat vero et his pondus exactum aſſignare. Sit igitur *Fj* (Faſciculus) unciae unius, *Mj* (Manipulus) unciae ſemis, *Pj* (Pugillus) drachmae unius ponderis.

PART I.

MATERIA PHARMACEUTICA.

PARS I.

MATERIA PHARMACEVTICA.

CANONES
MATERIAE PHARMACEVTICAE
PRAEMITTENDI.

A. *Pro Fungis.*

I. Cito ſiccati ab heterogeneis admiſtis liberentur.

II. Serventur loco ſicco, ne mucorem contrahant.

B. *Pro Radicibus.*

I. Annuae Radices, quarum parciſſima tamen in noſtris pharmacopoliis copia eſt, evellentur, antequam caules floresque protruſerint. Biennes altero, ex quo ſata ſunt, vere eruantur. Si vero inopia urget, autumno ejusdem anni, quo ſata ſunt, poſtquam ſolia caulesque emarcuere, colligi posſunt. Perennes perinde eſt, vere an autumno effodiantur. Autumno tamen pleraeque ſunt ſi non efficaciores, certe aquoſo ſucco non adeo turgidae.

II. In delectu Radicum, ſpongioſae, farinaceae, carioſae, inprimis vero exſucco cortice tectae, rejiciantur. Bonitatem enim Radicum oſtendit perſectus toroſusque corticis habitus.

III. Quae principiis aromaticis et reſinoſis praeditae ſunt Radices, lotione non purgentur. Sufficit, ſi de modice ſiccatis pulveres ſordesque excutiantur.

IV. Praegrandes et ſucculentae Radices, in taleolos diſſectae ſerventur.

V. Siccentur cito Radices aut loco calido ventis perflato, aut fornacis leni cautoque calore.

VI. Siccatae frigido ſiccoque loco ſerventur, ne ſitum mucoremque contrahant, aut uredine atque carie exedantur. Fragrantes vitreis coerceantur vaſis.

VII. Patriae noſtrae inquilinae, tum ſucculentae multum gummoſae, tum etiam ſubtilibus et facile avolantibus viribus praeditae, quotannis recentes legantur aut arceſſantur.

VIII. Quibus ſiccatis exigua, recentibus vero multa virtus ineſt; ut Armoraciae, Iridis, Ari, Scillae, Bryoniae, opportuna tempeſtate collectae, ſabulo ſicco reconditae ſerventur.

C. *Pro Lignis, Corticibus et Stipitibus.*

I. Stipites verſus autumnum, quo tempore ſucco efficaci probe cocto ſcatent, reſecentur.

II. Cortices e fruticibus autumno ex arboribus adulta hyeme, accedente vere, deglubantur.

III. Ligna hiberno ſuccidentur tempore.

D. *Pro Herbis, Foliis et Gemmis.*

I. Turiones gemmaeque primo vere, quo tempore turgidulae ſunt, et ante explicationem foliorum decerpantur.

II. Herbae colligantur adultae cum foliis rite expanſis, antequam flo-

res ſeſe explicuerint. Quae ſemper virent, quovis tempore colligere licet, vernum tamen praeſtat.

III. Folia colligenda ſunt tempeſtate ſicca non diu poſt ortum ſolis, ſimulac rorem, quo nocte caneſcunt plantae, Solis radii diſſipaverint. Decerpantur vero, poſtquam defloruerit et antequam maturuerit planta.

IV. Herbae indigenae quotannis recentes comparari debent. Effoetae ſuperſtites pro ſale alcali Herbarum (Kali) parando adhiberi poſſunt.

V. Exſiccatio herbarum citiſſime fiat aut calido umbroſo et ab aëre perflato loco, aut lento cautoque fornacis calore.

E. *Pro Floribus.*

I. Flores decerpantur nuper expanſi, certe antequam antherarum pollinem exploſerint, quamprimum radii Solis rorem diſſipaverint.

II. Coma florens colligenda, dum flos explicari incipit.

III. Siccentur ut herbae, et quidem, quam fieri poteſt, citiſſime.

F. *Pro Seminibus.*

I. Semina colligantur perfecte matura, antequam ſponte excidant, locoque ab aëre perflato probe ſiccentur, ſine ignis adminiculo.

II. Quae capſulas, involucra etc. retinent Semina, ea his munita ſerventur.

III. Plerumque autem Seminum delectus ita inſtituendus eſt, ut aquae immittantur, et quidquid ſupernatat, abjiciatur: quod vero fundum petit, iterum ſiccetur.

G. *Pro Fructibus.*

Fructus non nisi maturi decerpantur, si excipias Acaciae et Aurantiae fructus, de quibus infra.

ABROTANUM. Abrod. Eberaute; Gertwurzel; Gertkraut.

Artemisiae Abrotani, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. superfl., HERBA. Planta frutescens Europae meridionalis et Orientis, apud nos in hortis colitur. Colligenda mense Augusto cum summitatibus. Odoris est fragrantis grati; saporis amaricantis aromatici.

ABSINTHIUM VULGARE. Malurt. Gemeiner Wermuth.

Artemisiae Absinthii, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. superfl., HERBA. Colitur in hortis et nonnunquam sponte provenit in ruderatis, maritimis aridis et ad vias. Planta perennis, mense Augusto colligenda cum summitatibus. Odoris est nauseosi gravisque; saporis intense amari. Flor. Dan. Tab. 1176.

ACACIA NOSTRA. Slaaetorn; Kreygebærtorn. Steckdorn.

Pruni spinosae, Linn. Cl. XII. ord. Monogyn., FLORES. Frutex humilis in dumetis et ad sepes occurrens, flores mense Aprili colligenda sunt sereno coelo. Odor florum recentium gratus; sapor amaricans, amygdalae amarae accedens. Flor. Dan. Tab. 926.

ACETOSELLA. Skovsyre; Suurklover; Giogemad; Giogeurt. Sauerklee.

Oxalidis acetosellae, Linn. Cl. X. ord. Pentagyn., HERBA. Planta perennis, in sylvis muscosis et ad sepes umbrosas copiose crescit. Odoris nullius: saporis acidi grati, succo citri vel acido Tartari fere similis. Colligenda mense Majo. Flor. Dan. Tab. 980.

Ejusdem SAL. Skovsyresalt. Sauerkleesalz.

Oxalidis acetosellae *Sal essentiale acidum*. Sincerum hoc sal aliunde advectum, pulverem exhibet non adeo subtilem in lamellulas dispositum, ex

albo gilvi, aut subfusci coloris. Saepius vero crystallis tartari et acido sulphurico remixtum invenitur, quod ex saporis differentia et solutione in aqua fontana gypsi quid continente, admixtas tartari crystallos praecipitante, patet. — Copiosissime in Svecia, tum in Alsatia, nec non in sylva Thuringea, e succo plantae paratus. Cum Oxalide corniculata v. potius stricta Linnaei etiam confunditur; planta luteos flores habens et copiosum sal largiens, in Helvetia majori copia reperiunda.

ACETUM. Ædike. Essig.

Acetum crudum parari potest ex quovis liquore vinoso, fermentationi acetosae subjecto. Sit sincerum, gustu et odore gratum, et tantae aciditatis, ut unciae duae sufficiant ad Kali carbonici drachmam perfecte saturandam. Adulteratio aceti, acido sulphurico effecta, detegitur, si adjecta baryta muriatica progignit barytam sulphuricam, in acido nitrico diluto haud solubilem.

ACONITUM. Stormhat; Blaaemunke; Munkehætte. Eisenhütlein; Blauer Sturmhut; Mönchskappen; Narrenkappen.

Aconiti Napelli, Linn. Cl. XIII. ord. Trigyn., HERBA. RECENS plerumque in hortis culta, in Siaelandia et Laalandia vero sponte, uti in Europa meridionali, crescens, mense Julio colligenda. Odor fortis, herbaceus; recentis odor, si teratur, virosus.

ACORUS VERUS. Vid. *Calamus aromaticus*.

AERUGO. Viride aeris. Cuprum aceticum. Spanskgrønt. Grünspan.

Est cuprum inter vinacea expressa corrosum, donec sale metallico imperfecto obductum fuerit, quod deinde abraditur et asservatur. Paratur maxime in Gallia et optime in officinis Montepessulanis. Colligendum quod e colore viridi ad coeruleum vergit, et creta non adulteratum. Sit solidum, siccum, sine maculis atris, et in aceto fere sine residuo solubile.

x Tilbundts af [illegible] [illegible] Dorgden, som undertegne-
[illegible] Ytringer og man [illegible] saa [illegible], at Zir-
[illegible] til Luktrommet at rette Zij [illegible] cor-
bonum [illegible] [illegible]

AGARICUS CHIRURGORUM; FUNGUS QVERNUS. Egeſvamp; Tonderſvamp. Eichenſchwamm; Luntenſchwamm; Zunderſchwamm; Feuerſchwamm.

Boletus igniarius, Linn. Cl. XXIV. ord. Fung. FUNGUS acaulis pulvinatus, convexo-planus, ſaepe ungulae equinae figurae, ſupra corticoſus, infra fiſtuloſus ſive poroſus, in medio mollis, ſuperne fulvus, interdum faſciis discoloribus, inferne pallidior ſive albidus. In caudicibus Betularum, Qvercuum, Tiliarum et Fagorum naſcitur, menſibus Auguſti et Septembris colligendus, deinde praeparandus coctione, exſiccatione et malleatione. Inodorus et inſipidus eſt.

AGARICUS MUSCARIUS. Flueſvamp. Fliegenſchwamm.

Agaricus muſcarius, Linn. Cl. XXIV. ord. Fung. FUNGUS venenatus freqvens ſilvarum incola, pileo coccineo, albis verrucis obſeſſo. Odoris vehementer ingrati; ſaporis urentis. Infima pars radicis terrae inhaerens, colligatur. Flor. Dan. Tab. 1129.

ALKANNA RUBRA ſive SPURIA; ANCHUSA; BUGLOSSUM. Rod Oxetunge. Rothe Ochſenzunge.

Anchuſae tinctoriae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., RADIX perennis, teres, oblonga, foras rubens aut nigricans. Eligantur radices parvae, fibroſae, quae colorem purpureum in tota ſubſtantia magis diffuſum habent. Majores intus albicant. Odorem habent nullum; ſaporem mucidum. Habetur ex Hiſpania et Gallia meridionali.

ALLIUM. Hvidløg. Knoblauch.

Allii ſativi, Linn. Cl. VI. ord. Monogyn., RADIX bulboſa, tunicata; ubiqve in hortis culta. Odor proprius; ſapor acris, ſubdulcis. In ſabulo ſervanda.

ALOË. Aloe. Aloe.

Aloës ſpicatae et *Aloës perfoliatae*, Linn. Cl. VI. ord. Monogyn., perennis, in utraque India cultae, SUCCUS gummeo-reſinoſus, inſpiſſatus, *Cabal-*

tina impura hippiatris relinquitur, et quae ex hac fraudulenter parata Aloë pura ſplendensque pro ſuccotrina venditur, ingrato, nauſeoſo ſapore atque odore ſe prodit. Praeſtantior ejus ſpecies eſt *Succotrina* ex Alexandria advecta, e foliis collecta, quae, dum proba eſt, ſplendet et pellucet, unde lucida ſalutatur, habetur ex Aloë perfoliata. Coloris eſt ex ſpadiceo fuſci, comminuta, ex aureo fulvi. Calore manus flexilis eſt. Saporis multum amari, non ingrati tamen et paulum aromatici Odoris, Myrrham mentientis, gummoſae magis indolis quam Hepatica; quae habetur ex Aloë ſpicata, obſcurior eſt opaca, compactior; colorem habet profundiorem et ſuperficiem non adeo ſplendentem; odoris eſt fortioris magis ingrati; Saporis amaricantis magisque nauſeoſi. Viliſſima ſpecies eſt *Caballina;* coloris nempe longe obſcurioris fereque nigri; Odoris foetidi ob multam copiam reſinae, ſordium ſabulique ingratiſſimi. Habetur ex Aloë ſpicata, et advehitur in putaminibus cucurbitarum ex Indiis et China; vilior autem in cadis ex inſulis americanis, praecipue Barbados inſula, adfertur.

ALTHEA; BISMALVA. Althee. Althee; Eibiſch.

Altheae officinalis, Linn. Cl. XVI. ord. Polyandr., RADIX. Planta perennis in hortis culta, at ſponte hinc et inde proveniens, radicem dat albam, digiti craſſitudinis, mucilagine lenta turgidam, odoris nullius, ſaporis ſubdulcis mucilaginoſi. Flor. Dan. Tab. 536.

Ejusdem FOLIA cordata, tomento cinereo obducta, menſe Julio colligenda.

ALUMEN CRUDUM ſ. VULGARE. Allun. Allaun. Eſt SAL medium terreſtre e terra argillacea, pauxillo Kali et acido ſulphurico compoſitum, poſtremo tamen praeponderante. Cryſtalli ſunt octaëdrae pellucidae, ſaporemque habent dulceſcentem et adſtringentem. Multam praeterea habent aquam cryſtalliſationis. Sit ſplendens, ſubpellucidum nec ferro inquinatum. Habetur e Norvagia et Scania. Advehitur ex Anglia, Germania et Italia.

[illegible] tilført fra Alexandrien

[illegible] og [illegible]

[illegible]fuld, [illegible]: af Tallyn – [illegible] og [illegible], [illegible]!

AMMONIACUM GUMMI. Ammoniak. Gummi Ammoniak.

Plantae violaceae adhuc ignotae succus gummeo-resinosus, externe obsolete flavus, interne ex albescente, rubente et obsolete flavo variegatus, lentus, et calore manus mollescens. Odoris nauseosi, alliacei, castoreati pauxillum spirantis, Galbano quodam modo similis sed longe gratioris; saporis nauseosi amaricantis acriusculi. Praestat vel in granis angulatis variae magnitudinis, intus albidis atque inter se plerumque conglutinatis, vel in massis rotundis; tum granula albida substantiae molliori fuscae immixta sunt. Haec seminibus Ferulae haud dissimilia, et sabulo plerumque interpolata sunt. Advehitur ex India orientali et Aegypto, maxime e deserto Africae Barca. Pro usu interno nonnisi electum, purissimum, Thrausma veteribus dictum, adhibeatur i. e. vel Ammoniacum in puris granis emtum, vel grumi candidiores variegati, subsplendentes, e massa selecti. Quo uberiore horum unguium seu amygdalarum dictarum copia abundat, eo praestantius Gummi ammoniacum est. Quod jam colatum venditur, suspectum est; cum saepe nonnihil Peucedani immixtum sit.

AMMONIACUM SAL; AMMONIUM MURIATICUM. Salmiak. Salmiak.

Est sal neutrum ex Acido muriatico et Ammonio, nec non aqua crystallisationis constans. Inter antiquissima salia habebatur, in Aegypto ex fuligine stercorum animalium concrematorum paratum. Nunc vero Brunsvigae et aliis Germaniae locis, ac in Scotia et in Gallia fabricatur, et forma conorum, instar facchari adfertur. Nativum etiam, montes ignivomi et Calmuccorum regio largiuntur. Crystallos habet plumosas; in modico calore totum sublimatur. Odoris est levissimi; saporis sensum frigoris linguae imprimentis, salini, urinosi. Eligatur candidum et purum, quod addito sale alcali fixo mox salis volatilis odorem spargit.

AMMONIUM MURIATICUM. Vid. *Ammoniacum Sal.*

AMYGDALAE DULCES. Søde Mandler. Süße Mandeln.

Amygdalae communis, Linn. Cl. XII. ord. Monogyn., NUCLEI ex Europa auſtrali allati. Sunt ſemina majora odore debili, ſapore dulci et grato praedita, pellicula tenui, aequali, non rugoſa e gilvo cinamomei coloris tecta. Sint recentes, ſiccae, fragiles, toroſae, non rancidae nec vermibus exeſae, aut maculis flavis intus conſpicuis notatae.

AMYGDALAE AMARAE, praecedentium varietas; ſunt ſemina varietatis cujusdam amygdali communis, fructu minore, ſaporis amaricantis in Laurocerаſum incidentis.

AMYLUM. Kraftmeel; Stivelſe. Kraftmehl.

Tritici hyberni et *Tritici turgidi*, Linn. Cl. III. ord. Monogyn., SEMINA in ſubtiliſſimum pulverem redacta, poſt elutionem principii gelatinoſi et ſaccharini per aquam frigidam, ſubſidentem. Saporem habet farinaceum.

ANAGALLIS. Rødarve; Gaaſeheel; Grine ved Dag; Grine ved Middag. Gauchheil; Vogelkraut; Hühnerdarm.

Anagallidis arvenſis, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FOLIA et FLORES. Planta annua creſcit in arvis et hortis. Menſe Julio colligenda. Saporis eſt initio oleracei, poſtea amari cum acrimoniae ſenſu. Flor. Dan. Tab. 88

ANCHUSA. Vid. *Alkanna*.

ANGELICA. Angelik; Qvanne; Qvannerod; Sløke; Sløike; Fatno; Fadnobuſk; Fadnorvotas; Fadnoranſſe. Angelike.

Angelicae Archangelicae, Linn. Cl. V. ord. Digyn. RADIX biennis oblonga ex capite craſſiore in fibras ſaepe pollicares vel tenuiores diviſa, extus e flavo rubeſcens, intus alba, in Alpibus Norvagicis, Lapponicis ſponte, apud nos in paludibus et hortis reperiunda; hyeme colligenda. In ſuperficiebus ſegmentorum transverſorum, alba, maculis numeroſis flavis, oleo aethereo repletis notata. Odor aromaticus, fragrans, gratus; ſapor aromaticus fortis, maſticatae acris, mordens in lingua et faucibus cum calore. Sit tenax, abunde fragrans. Flor. Dan. Tab. 206.

ANGUSTURA; AUGUSTURA. Angustura. Angustura.

Bruceae ferrugineae vel *Magnoliae ſpeciei* CORTEX duriuſculus, fragilis, externe pallidus ſubcineraſcens, rugoſus ſubſulcatus, interne e luteo ſubfuſcus laevis. Odor leniter aromaticus; ſapor primo amygdalis amaris ſimilis, deinde acris. In fruſtis plerumque latis ſubconcavis, interdum convolutis digiti craſſitiei commixtis, ex America meridionali advehitur.

ANISUM. Annis. Annis.

Pimpinellae aniſi, Linn. Cl. V. ord. Digyn., SEMEN recens oblongo-rotundum, ſtriatum, toroſum, coloris viridiuſculi; odoris ſvaveolentis; ſaporis dulciuſculi cum levi aromate. Ex annua planta, in Germania copioſe culta, advehitur. Eligantur ſemina magna matura, et ſtipitibus et impuritatibus liberata.

ANISUM STELLATUM. Stierneannis. Sternannis.

Illicii aniſati, Linn. Cl. XIII. ord. Polygyn., CAPSULAE SEMINALES, ſtellatae, coriaceae, fuſcae, ſeminibus ovatis nitidis repletae, coloris e cinereo ſpadicei ſubviriduli, odoris aromatici, ſaporis ex ſubdulci aromatici; quo majores ſunt magisque odorae, eo ſunt meliores.

ANTIMONIUM CRUDUM; STIBIUM; STIBIUM SULPHURATUM NIGRUM. Spidsglands. Spießglanz.

Eſt Minera metallica ex ſulphure et regulo conſtans, per eliquationem in vaſis clauſis a matrice purgata, et cryſtallis acicularibus, nitentibus conſpicua. Sit longis et ſplendentibus ſtriis praeditum, et ſub igne ſtrenuo totum exhalet. Ex Hungaria advehitur.

AQVA PYRMONTANA. Pyrmontervand. Pyrmonterwaſſer.

Eſt aqua medicata martialis inodora, ſaporis acidulo-ſtyptici.

AQVA SEDLICENSIS v. SEIDLICENSIS. Seidlitſervand. Seidlizerwaſſer.

Eſt aqua medicata ſalina inodora, ſaporis amaricantis, ſalini, haud ingrati.

Aqva selterana. Seltervand. Selterwasser.

Est aqua medicata alcalina, salina, vel carbonata, inodora, saporis lixiviosi haud ingrati.

Aqvifolium. Christtorn; Maretorn; Skovtidsel; Beenved. Hülsendorn; Stechpalmen.

Ilicis aquifolii, Linn. Cl. IV. ord. Tetragyn., folia. Frutex in sepibus silvisque Helvetiae et Europae australioris nec non Holsatiae, sub umbra aliorum arborum sponte provenit; odorem nullum, saporem adstringentem habet. Flor. Dan. Tab. 508.

Argentum. Sølv. Silber.

Est metallum indigenum, album, auro levius, ductile, via sicca oxygenium respuens, in acido nitrico solubile, oxydatum cum acido muriatico connubium indissolubile contrahens. Pro parando caustico lunari cupellatum recipitur.

Argentum foliatum. Bladsølv.

Pro obducenda pillularum materia adhibetur.

Argentum vivum. Vid. *Mercurius.*

Armoracia; Raphanus rusticanus. Peberrod. Meerrettich.

Cochleariae armoraciae, Linn. Cl. XV. ord. Silicul., radix fusiformis, albida, succulenta, biennis, recens. Odoris fragrantis pungentis, penetrantis, oculos ferientis; saporis leniter amaricantis, dulcescentis, acris, fervidi, odori congrui. Recens sabulo servanda.

Arnica. Volverley; Guldblomme; Hesteblomme; Gionsockblomme; Hestsoløie; Stoksvæve; Olkonge. Fallkraut; Wolferley.

Arnicae montanae, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. superfl., herba. E montanis Bohemiae et Saxoniae locis allata, propter validiorem odorem alibi crescenti praefertur. Planta perennis ad altitudinem unius et dimidii aut duo-

rum pedum excrefcens, habet folia ovata, integra et nervofa, Plantaginis inftar fuperficie utraque hirta, margine integerrimo, unde non confundenda eft cum Inula dyfenterica, cujus folia funt oblonga fubtomentofa. Saporem habet fubacrem. Flor. Dan. Tab. 63.

Ejusdem FLORES funt compofiti lutei; digitis confricati, et naribus admoti, fternutationem ciunt. Squamulae calycinae breviores funt non fetofae, apicibus purpureis. Sapor ex acri amarus.

ARSENICUM ALBUM. Rottekrudt. Ratzen= oder Mäuse= Gifft.

Oxydum Arfenici album, arfenicum oxydatum: fublimando paratum maffam refert fcoriformem, compactam, albam, fubpellucidam, tempore opacam. In igne fumi inftar avolat, odorem alliaceum fpargens. Odoris caeterum nullius, faporis vero acris urentis, inflammantis.

ARUM. Dansk Ingefer. Deutscher Ingwer. Aaron.

Ari maculati, Linn. Cl. XX. ord. Polyandr., RADIX perennis inaequaliter globofa aut oblonga, tuberculis hirta, compacta, et craffitudinis pollicis. Verno tempore, antequam floret, colligatur. In locis umbrofis habitans, praeferenda illae, quae in apricis ficcis offenditur. Per hyemem et aeftatem, fabulo tecta fervetur, quotannisque recens colligatur. Recens fapore acerrimo praedita eft, ficcata autem acredine fere privata et farinofa; odoris nullius. Flor. Dan. Tab. 505.

ASA DULCIS. Vid. *Benzoës*.

ASA FOETIDA. Dyvelsdreck. Stinkender Asand; Teufelsdreck.

Ferulae afae foetidae, KAEMPERO *Hingifch* dictae, Linn. Cl. V. ord. Digyn., GUMMI-RESINA, e radice fauciata potiffimum elicita, ex Perfia Indiisque allata; Odoris foetidiffimi, tetri, ex alliaceo virofi; faporis amaricantis, acris, mordentis, diutiffime inhaerentis. Sit graviffimo odore praedita, inftar cerae flexilis et lenta, plurimisque maffulis albentibus, luteis, rofeis, murinis, amethyftinis, cum fplendore aliquo variegata.

Asarum. Hasselurt. Haſſelwurzel.

Aſari Europaei, Linn. Cl. XI. ord. Monogyn., radix perennis, fibroſa, recens. Coloris eſt ex cinereo fuſci; Odoris nardini, Valerianae aemuli, ſubaromatici; ſaporis ex amaro acris, nauſcoſi. Sub calidiore Germaniae coelo germinat; rarius in Daniae provinciis. Flor. Dan. Tab. 633.

Ejusdem folia in dumetis et circa radices corylorum ſemper virentia, menſibus Majo et Junio colligenda. Odorem habent nullum: Saporem ſubaromaticum acrem.

Asphaltum; Bitumen judaicum. Jodebeeg. Judenpech; Schlackichtes Erdpech; Aſphalt.

Bitumen ſolidum coagulatum, nigrum, fragile, reſplendens, magna copia mari mortuo, rubro, et aliis Aſiae auſtralis nec non Europae lacubus Aſphalticis innatans. Vulgare, in fodinis Galliae aliarumque Europae provinciarum occurrit. Accenſum odoris eſt ingrati: cum ſpiritu nitri fumante efferveſcit. Per deſtillationem hujus, Oleum Aſphalti obtinetur, atrobrunneum, liquidum, in fila ductile, odoris ingrati, empyreumatici; ſapore acri faucibus inhaerens.

Augustura. Vid. *Anguſtura*.

Aurantia. Pomerantſer. Pomeranzen.

Citri Aurantii, Linn. Cl. XVIII. ord. Icoſandr., mala, matura ex Europa meridionali advecta. Sunt globoſa, non nihil depreſſa, umbilicata, externe veſtiuntur cortice carnoſo, interne pulpam habent membranoſam, ſucculentam, vinoſam, et ſeminibus ſubovatis ſunt inſtructa; Odorem habent fragrantem et gratum; Saporem aromaticum ex amaro acidum. Poma aurantiorum immatura ſiccata, piſi magnitudinis, coloris fuſci nigricantis.

Eorundem cortices odoris fragrantiſſimi; ſaporis grate amari. Recipiantur tantum exteriores partes, quae flavedinis nomine diſtinguuntur, olei aetherei in ſuperficie externa divites.

Eorundem FLORES, NAPHAE FLORES. Orangeblomster. Pomeranzblüthen.

Recentes habent odorem ſvaviſſimum, ſicci fere nullum; ſaporem amaricantem.

Eorundem FOLIA. Pomerantsblade. Pomeranzenblätter.

Sunt ovata, appendice cordata ad baſin aucta. Odorem habent manu trita grate fragrantem; ſaporem amarum.

AURANTIORUM CURASSAVIENSIUM CORTICES amariores, hinc praeſtantiores ſunt.

AXUNGIA PORCI. Svinefidt. Schweinsſchmalz; Schmeer.

Pinguedo molliuſcula, depurata, alba, e meſenterio hauſta. Sit recens et minime rancida.

BALSAMUM CANADENSE. Vid. *Terebinthina.*

BALSAMUM COPAIVAE; BALSAMUM de COPAHU. Copaivabalſom; Copaivabalſam.

Copaiferae officinalis, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., LACRYMA oleoſo reſinoſa, ex arbore in America meridionali, praeſertim in Braſilia germinante, inciſione facta magna copia ſtillans. Præſtat balſamus limpidior dilutiorque, tum conſiſtentia liquida, tum colore flaveſcente, odore fragrante et ſapore non ingrato amaro linguaeque diu inhaerente praeditus, qui ſucceſſu temporis tenax evadit, et conſiſtentiam melleam adipiſcitur. Rejiciatur opacus non tenax, ſubturbidus, fragrante odore deſtitutus, cujus in fundo deprehenditur liquor aquoſus turbidus. Adulteratur praeſertim Terebinthina, oleo expreſſo unguinoſo uti amygdalarum dulcium, nupta. Innoteſcit hoc partim e colore non adeo flaveſcente parum opaco et ſubglauco, ſapore non adeo amaro, et odore minus fragrante; partim vero Balſamo ferro candenti immiſſo, quo odor proprius ſeſe prodit; partim vero ex admixta Tinctura tartari vel alia alcalina, qua ſincerus balſamus fere omnis ſolvi-

tur limpidusque evadit. Oleum amygdalarum, balſamo in ſpiritu vini ſoluto, in fundo remanet.

BALSAMUM PERUVIANUM; BALSAMUM PERUVIANUM NIGRUM. Sort peruvianſk Balſom. Schwarzer peruvianiſcher Balſam.

Myroxyli Peruiferi, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., SUCCUS oleoſo reſinoſus arboris in America auſtrali, maxime regno Peruviano creſcentis, et e cortice, coctione in aqua, paratus. Albus enim, ſpontaneo exſudans ſtillicidio, vix ad nos pervenit. Sit e ſpadiceo nigricans, craſſitudinis melleae, ponderoſus; ſaporis acris, aromatici, pinguiuſculi, amaricantis; odoris ſvavis fragrantis, e Caryophyllaceo et balſami Tolutani, Benzoïni, Styracini et praeſertim ſiliquae Vanillae odore quaſi confuſi, quem etiam diſpergit carbonibus aut ferro ignito inſperſus; opacus, inter digitos tractus fila ſubtilia pellucida exhibens; frigidae aquae guttatim inſtillatus fundum petens; bullienti vero in pelliculam oleoſam penetrantis ſaporis, aquae innatantem et in partem graviorem crudiorem fundum petentem, dehiſcens. Chartae inſtillata gutta nigra manens et adhaerens, probi; rubicunda vero prompteque defluens, factitii ſignum eſſe dicitur. Oleum, interveniente cera, cum balſamo commixtum Peruviano, pateſcit ſuper lenem ignem, ubi quid balſami ſinceri ineſt, ſecedit et fundum petit. Conficitur etiam balſamus ſpurius ex populi gemmis cum oleo ſecundario Benzoës digeſtis, qui balſamus quidem veri odorem mentitur, ſed minus ſvavis et validus eſt. Alii Benzoës partes quatuor, Styracis unam, cum oleo coquunt et Aſphalto tingunt; quae fraus in Alcahole Vini facile detegitur, in quo balſamus verus omnis ſolvitur.

BARDANA, LAPPA MAJOR. Agerborre; Agerſkreppe; Storſkreppe; Tordenſkreppe; Lungegræs-Klunger; Klægg-Haarklæggborrer; Borre. Kletten.

Arctii Lappae, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. aequal., RADIX perennis, ad vias et in locis ruderatis frequens, ramoſa foris nigricans, intus alba, fibro-

ſa, ſaporis ſubdulcis, ſubauſteri: Majo menſe colligenda. Rejiciatur vetuſta lignoſa. Flor. Dan. Tab. 642.

BARYTA SULPHURICA. Vid. *Spathum ponderoſum.*

BDELLIUM. Bdelliumgummi. Gummi Bdellium.

Arboris incognitae aut nondum deſcriptae in Guinea, Arabia, Media et India naſcentis LACRYMA; coloris ferruginei, nigricantis, in guttas ſeu grana concreta, ſapore ac odore ad Myrrham accedens. Saepius cum Myrrha in ciſtis permiſtum reperitur. Praefertur amarum, pellucidum, dum frangitur pingue ac odoratum.

BECCABUNGA. Lemmike; Ledmye; Bekbung. Bachbungen; Waſſerbungen; Bachbohnen.

Veronicae Beccabungae, Linn. Cl. II. ord. Monogyn., HERBA RECENS. Caulis repens, cylindricus, glaber, ſucculentus, ſpithameus, ſubramoſus, ramis oppoſitis. Folia ovata, obtuſa, ſerrata, utrinque glabra. Odor contuſorum foliorum debilis. Sapor amaricans acriuſculus, ſubſtypticus. Ad ſcaturigines frequens. Flor. Dan. Tab. 511.

BELLADONNA; SOLANUM FURIOSUM. Natſkade. Nachtſchatten; Tollbeeren; Wolfskirſchen.

Atropae Belladonnae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FOLIA. In hortis culta, Auſtriae et Angliae indigena, cum cautela ſeorſim ſiccanda, cavendo, ne quid ejus aliis herbis admiſceatur; ſaporis et odoris eſt fere oleracei. Proveniunt pariter in Falſtria, et menſe Junio colligantur. RADIX ſublignoſa, ramoſa, geniculata, e cinereo flaveſcens. Flor. Dan. Tab. 758.

BENZOË; ASA DULCIS; GUMMI BENZOËS. Benzoë. Benzoë.

Styracis Benzoës, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., RESINA, ex Indiis allata, fere opaca, facile fragilis; odor fragrans gratusque, inprimis ſi accendatur; prunis impoſitum liqueſcens; inter dentes friabilis, in ore autem non ſolubilis; ſaporis ſubdulcis, reſinoſi et balſamici. Quo magis abundat maſſulis albican-

tibus flavefcentibus, amygdaloides tunc dicta, eo eft praeftantior. Rejiciatur fufca impura.

BERBERIS. Berberisbær. Berberisbeeren.

Berberidis vulgaris, Linn. Cl. VI. ord. Monogyn., BACCAE. Frutex albefcens ad fepes in fylvis crefcens, inque hortis colitur. Baccae funt coloris pulchre rubri, odoris expertes; faporis grate acidi, fubadftringentis; pro gelatina aut fyrupo colligendae. Flor. Dan. Tab. 904.

Earundem SUCCUS ruber, qui colatione clarior fit non tamen limpidus, et gratia fucco citri aut Tamarindorum fimilis eft, et poftquam cryftallorum forma fal effentiale tartari excuffit, acidum tamen acre fervat. Prelo e ftanno puro confecto exprimatur, et per plures annos in ampullis, oleo olivarum fuperaddito fervetur.

BERGAMOTTAE OLEUM; CORTICUM AURANTIORUM OLEUM. Bergamot=Olie. Bergamoth=Oel.

Citri medicae e fpecie Bergamotta dicta, expreffione obtentum OLEUM effentiale ex Italia advectum, fubpellucidum, flavefcens, odoris et faporis corticum ficcatorum.

BETULAE SUCCUS. Birkefaft. Birkenwaffer.

Betulae albae, Linn. Cl. XXI. ord. Tetandr., LIQUOR, e vulnerato trunco aut ramis fponte ftillans. Eliciatur verno tempore antequam frondeat arbor, et ftudiofe vitris inditus, fuperfufo pauxillo olei olivarum, contra aëris acceffum defendatur.

Ejusdem CORTEX ab epidermide alba fericea liberatus, fit brunneus, fubconvolutus, vix lineae craffitudinis, fragilis, fractura inaequali, non fibrofus; odoris debilis; faporis ftyptici fubbalfamici.

BETULINUM OLEUM; OLEUM RUSCI; OLEUM BRUSCI. Birkeolie. Schwarzer Degen; Birkentheer.

Betulae albae e cortice exufto per defcenfum deftillans OLEUM empyreumaticum, e Lithuania maximam partem allatum, corium bubulum Ruffi-

cum (Juchten) redolens; quo odore dignofcitur a fuppofititio, e cortice juniperi aliisque deftillato.

Bismalva. Vid. *Althea.*

Bismuthum; Marcasita. Bismut. Wismuth.

Metallum perquam fragile, ex albo fubrubicundum, lamellis compofitum, leni igni admoto liquefcens, fortiori vero in vafe claufo avolans. Acido nitrico nuptum, per aquam fub forma oxydi albi praecipitatur.

Bitumen judaicum. Vid. *Afphaltum.*

Bolus armena. Armenifk Bolus. Armenifcher Bolus.

Argillae pinguis fpecies, coloris rubri vena lutea interftincti, durioris compagis ac communes terrae bolares, prompte linguae adhaerens. Olim ex Oriente advecta, nunc etiam in Galliae et Germaniae nonnullis provinciis reperitur.

Borax veneta; Chrysocolla. Borax. Borax; Borras.

Borax; Tincal; Afiae fal nativum e Natro et acido boracico conftans, peracta depuratione et cryftallifatione nomine boracis infignitur. Eligatur borax alba, e parvis transparentibus maffulis conftans, in igne fpumefcens, facile fluens et vitrefcens; faporis eft lixiviofi.

Bovista; Crepitus lupi. Ulvefiis; Fiisop. Bovift.

Lycoperdon Bovifta, Linn. Cl. XXIV. ord. Fung., fub cute externa membranacea parenchyma exhibens leve, fpongiofum, admodum molle, pulverulentum. In campis ericetofis pullulat.

Bryonia. Galdebær; Hundebær. Gichtrübe; Zaunrübe.

Bryoniae albae, Linn. Cl. XXI. ord. Syngenef., radix fufiformis, pedalis et ultra, faepe ramofa; albido-pallens, transverfaliter rugofa, carnofa, lactefcens, decorticatione in taleolos transverfos diffecta et ficca, pallida eft annulata atque radiata. Odor naufeofus; fapor naufeofus, acriufculus, fubftypticus, recentis vero debilior. Flor. Dan. Tab. 813.

Buglossum. Vid. *Alkanna rubra.*

CACAO. Cacaobonner. Cacaobohnen; Chocoladefrucht.

Theobroma Cacao, Linn. Cl. XVIII. ord. Pentandr., FRUCTUS. Arbuſcula in Americae meridionalis locis depreſſis umbroſis culta. Semina oleoſo farinacea, e fuſco nigricantia, ſeminibus Viciae Fabae ſimilia. Odorem vix ullum habent; ſaporem gratum oleoſum, leniter ſubadſtringentem amaricantem.

CAJEPUT OLEUM. Cajaput-Olie. Cajaput-Oel.

Melaleucae Leucadendri, Linn. Cl. XVIII. ord. Polyandr., OLEUM eſſentiale pellucidum, coloris laete virentis, ex inſulis Moluccis, Malabaria et Banda allatum. Odoris camphoracei cum aliqua odoris terebinthinacei miſcela, minori copia valde grati; ſaporis aromatici, momento contactus, linguae ſenſum frigoris imprimentis.

CALAMINARIS LAPIS; CADMIA. Galmei. Gallmey.

Zinci minera terrea, coloris flaveſcentis vel fuſci, circa Aquisgranum nec non in Anglia et Polonia e terra eruta. Praeſtat ruber.

CALAMUS AROMATICUS; ACORUS VERUS. Calmus. Calmus; Ackerwurzel.

Acori calami, Linn. Cl. VI. ord. Monogyn., RADIX. Perennis, in paludoſis et aquis ſtagnantibus luxurians; longa, obliqua, crebro geniculata, digitum craſſa, ex flavo rufeſcens, intus alba et fungoſa. Saporis acris et aromatici; odoris fragrantis.

CALX. Kalk. Kalch.

Paratur e lapidibus et terris calcareis, e conchis marinis et oſtrearum calcinatis. Odor nullus; ſapor cauſticus. E teſtis oſtrearum paratus praefertur.

CAMPESCANUM ſ. CAMPESCENSE LIGNUM. Kampeſtetræet. Kampeſchenholz.

Haematoxyli Campeſcani, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., LIGNUM arboris in America calidiori, ad ſinum Campeſce regni Mexicani copioſe creſcen-

tis, durum admodum et compactum, coloris rubri, odoris vix ullius; saporis dulcis amaricantis, leniter adstringentis.

CAMPHORA. Campher. Kampher.

Lauri camphoriferae aliusque arboris ignotae, Linn. Cl. IX. ord. Monogyn., CONCRETUM resinoso oleosum volatile, in glebis deformibus sordidis e Japonia et Java per Batavos allatum, et ab iisdem, nova uti videtur sublimatione ope calcis vivae per se exstinctae ac dilapsae, depuratum, et in panes seu massas orbiculares infra concavas, coactum. Odorem habet fragrantissimum, penetrantem, ad Rosmarinum accedentem; saporem calidissimum Menthae Piperitidis aemulum, amaricantem, linguam faucesque penetrantem. Optima nivea et glaciei instar est, subdiaphana; super ignem liquata olei instar fluit, et accensa deflagrat omnis. Quum ocyssime in auras avolet, vesicae ope ab aëris accessu custodienda est.

CANCRORUM LAPIDES. Krebsstene; Krebsøine. Krebssteine; Krebsaugen.

Cancri Astaci Concrementa calcarea, e lamellis sibi superincumbentibus vel striis composita, ventriculo accreta, umbilicata, qua nota ab adulteratis dignoscuntur.

CANELLA ALBA. Hvid Kaneel. Weißer Zimmet.

Winteranae canellae, Linn. Cl. XI. ord. Monogyn., CORTEX. Arbor Indiae occidentalis in Jamaica frequens. Cortex in superficie externa passim vel ex albo flavescens, vel virescens, vel ex fusco rubens, subtus autem albicans. Saporis acriusculi et aromatici.

CANNABIS. Hamp. Hanf.

Cannabis sativae, Linn. Cl. XXI. ord. Pentandr., SEMEN. Planta annua colitur ubique in agris. Semina sunt rotunda glabra, oleoso mucilaginosa. Vix ullum odorem habent; saporem subfatuum.

CANTHARIDES. Spanske Fluer. Spanische Fliegen.

Meloë vesicatorius Linn. sive Lytta vesicatoria Fabricii, in regionibus

calidioribus, Hiſpania, Gallia, Germania, etc. abundans; oblonga, e viridi ſplendens, antennis nigris filiformibus, menſe Junio et Julio, dum Fraxinum, Liguſtrum, Populum albam, Sambucum, quas praecipue amat, gregarie depaſcuit, colligatur et leviter ſiccetur. Praeferuntur minores, non ultra perpauca grana ponderantes, recentes, integrae non pulverulentae. Odor et ſapor nauſeoſus teterrimus et piceus eſt.

CAOUTCHOU. Vid. *Reſina elaſtica.*

CARDAMINES; NASTURTIUM PRATENSE. Engekaſſe; Vildkaſſe; Giogeblomſter. Gauchblumen; Wieſenkreſſe.

Cardamines pratenſis, Linn. Cl. XV. ord. Siliquoſ., HERBA RECENS et FLORES. Caulis erectus, ſubſimplex, glaber. Folia pinnata cum foliolis ſubrotundis, ſubcarnoſa. Corolla cruciformis, petalis obovatis, retuſis, albidis vel dilute violaceis; unguibus ſublutescentibus, longitudinis calycis. Odor debilis; ſapor ſubamarus, leviter acriuſculus. In paſcuis vere colligenda. Flor. Dan. Tab. 1039.

CARABE. Vid. *Succinum.*

CARDAMÓMUM MINUS. Cardamommer. Kardamomen; Kleine Kardamomen.

Amomi Cardamomi, Linn. Cl. I. ord. Monogyn., FOLLICULI ventricoſi, triloculares, continentes ſemina angulata e ſubrufo fuſca ſi recentia ſint, quae praeferenda: temporis mora vero è cinereo ferruginea, multum aromatica, notabilis Camphorae odoris. Planta perennis paluſtris, Indiae orientalis.

CARDUUS BENEDICTUS. Corbendikt. Cardobenedicten.

Centaureae benedictae, Linn. Cl. XIX. ord. Syngeneſ., HERBA in hortis culta, colligenda quo tempore flores protrudere coepit. Odor ingratus, qui in ſiccata herba facile perit; ſapor intenſe amarus.

CAREX ARENARIA; GRAMEN RUBRUM. Stor Græsrod; Sandvedgræs. Große Graswurzel.

Caricis arenariae, Linn. Cl. XXI. ord. Triandr., RADIX, in arenosis locis copiose occurrens. Tritici repentis radici quoad nodos et genua similis, sed minus glabra et instar Sarsaparillae facile fissilis, coloris externe fusci, interne albi. Odoris fere terebinthinacei et saporis dulcescentis.

CARICA; FICUS. Figen. Feigen.

Ficus caricae, Linn. Cl. XXIII. ord. Trioec., RECEPTACULUM fructificationis arboris Europae meridionalis et orientalis. Thalami sunt incrassati succulenti, principio saccharino et mucilaginoso imbuti. Eligantur pingues i. e. recentes, ponderosae, molles, grandes, torosae parenchymate melleo tenaci flavo; feminibus flavis turgentes. Rejiciantur nigrae, durae, sordibus verminosis inquinatae.

CARVUM. Kummen; Dansk Kummen; Karve; Karvi. Feldkümmel.

Cari carvi, Linn. Cl. V. ord. Digyn., SEMEN parvum striatum, oblongum, tenue, fuscum, paululum incurvum, odoris aromatici subgraviusculi; saporis aromatici calidi, satis grati. Habetur planta in Europa boreali in pratis. Flor. Dan. Tab. 1091.

CARYOPHYLLATA; GEUM URBANUM. Nellikerod. Nelkenwurzel; Benedictenwurzel.

Gei urbani, Linn. Cl. XII. ord. Polygyn., RADIX fibrosa, subrufa; odoris et saporis aromatici caryophyllacei, coloris intus carmosini. In sylvis et umbrosis habitat. Mense Aprili et Majo effossa, probe custodiatur. Flor. Dan. Tab. 672.

CARYOPHYLLI AROMATICI. Nelliker. Würznägelein; Gewürznelken.

Caryophylli aromatici, Linn. Cl. XIII. ord. Monogyn., s. Eugeniae caryophyllatae Thunbergii, FLORUM CALYCES cum flore nondum expanso, qui claviculis forma similes, prius fumo per aliquot dies expositi, deinde sole siccantur. Dum caryophylli ad maturitatem usque in arbore relin-

quuntur, *Antophylli* dicuntur. Arbusculum sponte crescit in nova Guinea et in insulis Moluccis. Caryophylli leniter siccati e fusco nigricant, et odorem habent fragrantissimum, qualem flores Dianthi caryophylli; saporem vero aromaticum fortem, calidum, acriusculum, subamaricantem, fauces linguamque calefacientem, halitu forti et grato. Eligantur egregie fusci, grandes, ponderosi, e quibus ungue pressis olei aetherei quid exsudat.

CASCARILLA; ELEUTHERIUM. Cascarilla. Kaskarille; Kaskarillerinde.

Crotonis Cascarillae, Linn. Cl. XXI. ord. Monadelph., vel *Clutiae Eluteriae*, Linn. Cl. XXII. ord. Gynandr., CORTEX ex America e calidis ejus regionibus allatus. Coloris extus cinerei, intus e ferrugineo fusci, quem etiam comminutus servat: fragilis. Odoris inprimis accensi, gratissime fragrantis; saporis amari multum aromatici. Praestat ponderosus, defractus particulis resinosis splendens, et si accensus fuerit fumum moschatum temulentum edens.

CASSIA FISTULA. Cassie. Kassia.

Cassiae Fistulae, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., SILIQUA arboris Arabiae et utriusque Indiae; nigricans, teres, cylindracea, cubitalis, sub putamine lignoso nigro interne dissepimentis transversis interstincto, continens semina compressa, fulva, et pulpam subdulcem, nigredinis splendentis. Seligatur recens ponderosa, a scarabaeis non exesa, concussa sonum a seminibus non edens, medulla dulci scatens, non valde acida aut amariuscula, neque odorem spargens mucidum. Indica, quae vere efficax est, rarissime ad nos pervenit. Accedit ad eam Alexandrina, vilior est Americana, in Americae insulis luxurians. Prior cortice laevi, tenuiore, obscurioris coloris tecta, pulpam continet dulciorem, parum nauseosam. Posterior externe rugosa, aspera, crassior, pulpam fovet acidam magis, et nauseosam. Quidam e deteriore Cassiae specie pulpam melle syrupisque conditam extrahunt, sub floris Cassiae nomine, quae vero mora temporis, mucorem et acredinem noxiam contrahit.

CASTOREUM. Bevergeel. Biebergeil.

Castoris, Fiber dicti, Linn. Cl. I. ord. Glires, FOLLICULI juxta anum et utrumque latus urctrae, prope praeputium haerentes, in quibus fecernitur humor pinguis, oleaginofus, febaceus. Inde exempti infumatione contra corruptionem defenfi, fubftantiam fufcam ficcam, fed non acidam (quae femper rejicienda eft) continent. Aeftumatur Dantifcanum, Prufficum, Polonicum, Germanicum, durum, ponderofum, rufum, in faccis majoribus ovi magnitudinem aequantibus, tenuibus membranulis intermixtum. Odoris penetrantis ingrati; faporis amari fubnaufeofi. Inferioris quidem notae fed fatis bonum eft Caftoreum Rufficum, ut et Anglicum ex America feptentrionali allatum, ficcius, minus fortioris odoris, minoribus magisque nigris contentum facculis, qui tunicae cellulofae tenaciori interjacent. Saepe etiam corrumpitur Ammoniaco, Sagapeno, Arenis, Melle; odore et fapore fraus detegitur.

CATAPUTIA MAJOR; RICINUS VULGARIS. Purgeerkorn. Purgierkörner; Wunderbaumsaamen.

Ricini communis, Linn. Cl. XXI. ord. Monadelph., SEMEN, ovalis figurae quodammodo compreffum, fabae minoris magnitudinis; coloris albi et cinerei, ex nigro variegati, fub putamine tenui nucleum condens album; faporis acris, urentis, quae acrimonia tamen haeret in putamine, non autem in nucleo; odoris nullius. In hortis colitur, ac fponte in India utraque provenit. Ex feminibus a putamine purgatis, per expreffionem, Oleum Ricini obtinetur.

CATECHU TERRA; CATECHU; TERRA JAPONICA. Japonisk Jord. Catechu.

Arecae Catechu? Linn. e palmarum familia; *Pinanga* Rumphio dicta, vel *Mimofae Catechu*, Linn. Cl. XXIII. ord. Monoic. SUCCUS infpiffatus, fi ex drupis arboris primae fpeciei, vel extractum aquofum, fi ex ligno fequentis fpeciei obtinetur. Utraque arbor copiofe crefcit in India orientali. Optimum Catechu fed rarum, coloris eft fpadicei, puriffimum, lamellatim difpofitum, leniffime adftringentis primum, deinde fubdulcis gratique faporis. Vulgare bonae notae Catechu, coloris eft e badio nigri, intus pauxillum

laetioris et cum ſplendore nitidi; ſaporis non ingrate adſtringentis, totumque in ore deliqueſcit nullis relictis faecibus. Nigrum aduſtum, cum nidore ingrate ſapidum et acerbum, recrementis terreis ſpurcatum, in aqua non omne ſolubile, rejiciatur.

CENTAURIUM MINUS. Tuſindgylden; Agerum. Tauſendgulden.

Gentianae Centaurii, Linn. Cl. V. ord. Digyn., COMA ſlorens in apricis praeſertim maritimis proveniens, floribus rubentibus: odoris ſere nullius, ſaporis amariſſimi, menſe Julio et Auguſto colligenda. Flor. Dan. Tab. 617.

CEPA. Log. Zwiebeln.

Allii Cepae, Linn. Cl. VI. ord. Monogyn., RADIX bulboſa tunicata. Planta perennis in hortis culta. Odoris fragrantis, alliacei, graveolentis; ſaporis ſubdulceſcentis, acris. Radix conſciſſa oculos ferit volatili ſuo principio.

CERA. Vox. Wachs.

Apis melliferae e florum ſtaminibus et nectariis collecta et elaborata SUBSTANTIA GLUTINOSA, ex favis, expreſſo prius omni melle, igne liquatis, adjecta aqua lotis et in panes fuſis, parata, ſub Cerae flavae nomine: quae repetita ad ignem fuſione purificata, lota, aëre, ſale aliisque artificiis dealbata, Ceram albam exhibet.

CERASA ACIDA. Sure Kirſebær. Saure Kirſchen.

Pruni Ceraſi, Linn. Cl. XII. ord. Monogyn., FRUCTUS. Arbor in hortis frequentiſſima. Drupa ruboſa, rubra, carne valde acida, ſucco ſanguineo: odoris nullius; ſaporis dulcis acidi. Non modo ex recentibus, ſed etiam e ſiccatis ſuccus exprimitur. Ceraſorum nuclei aquae deſtillandae inſerviunt.

CERUSSA ALBA; PLUMBUM CARBONICUM. Bleghvidt. Bleyweis.

E plumbo vaporibus vegetabilium acidorum expoſito aut iisdem ſoluto, paratur. Sit ponderoſa, alba et guſtu dulcis. Habet lamellas friabiles,

quae eſt ſincerrima, et praefertur illae, quae ſub forma panum conicorum charta involutorum proſtat, quaeque dicitur Veneta vel Belgica. Odoris eſt cretacei et ſaporis adſtringentis.

CETI SPERMA. Hvalraff. Wallrath.

Phyſeteris Macrocephali, Linn. Cl. I. ord. Ceti; e ventriculis cerebri Liquor unctuoſus, coctione aridus redditus. Eligatur album dulce, recens, ſebaceum, ſolidum, fragile, nitidum, lubricum, tenerum, mole quaſi e parvis furfuraceis ſquamulis aggregata, in ſpiritu vini calido ſolubile, tactu pingue. Odorem habet debiliorem, piſcinum, minus ingratum; ſaporem oleoſum ſubdulcem non ingratum. Eligatur albiſſimum, tenue, ſemipellucidum, lubricum, in oleo facillime liqueſcens. Rejiciatur flavum, rancidi ſaporis et odoris, et cera adulteratum, quod lixivio cauſtico ad ſaponis ſpeciem coctum, dein in aqua rurſus ſolutum, ceram deponit inſolubilem. In lagena clauſa ſervandum, ne rancidum evadat.

CHAMOMILLA ROMANA. Romerſke Cameelblomſter. Römiſche Camillen.

Anthemidos nobilis, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. ſuperfl., FLORES, ſive ſimplices, ſive pleni in hortis provenientes. Odoris fragrantis, balſamici, grati; ſaporis aromatico-amaricantis, calidiuſculi.

CHAMOMILLA VULGARIS. Cameelblomſter; Cameelblom; Munkekrone. Camillen.

Matricariae Chamomillae et ſuaveolentis, Linn. Cl. XXI. ord. Polygam. ſuperfl., FLORES. Plantae annuae in agris cultis creſcentes, menſe Julio colligendi, qui a cotulae foetidae floribus dignoſcuntur, tum odore, tum paleis ſetaceis in cotulae receptaculo reperiundis. Odor florum fragrans, gratus, fortis; ſapor amarus calidiuſculus.

CHAEREFOLIUM; CHEROPHYLLUM. Korvel. Kürbel; Kerbel.

Scandicis Cerefolii, Linn. Cl. V. ord. Digyn., HERBA annua in hortis

omni, qua fieri poteſt, tempeſtate colenda, ſicca etiam ſervanda. Odor recentis gratus, balſamicus, debilis niſi fricetur; ſapor balſamico-aromaticus ad foeniculum accedens.

CHELIDONIUM VULGARE MAJUS. Store Svalenrt; Selidon. Groß Schellkraut.

Chelidonii majoris, Linn. Cl. XIII. ord. Monogyn., RADIX perennis fibroſa, miniati coloris, ſucco croceo intenſiori turgens. Planta perennis locis ruderatis, umbroſis et ad ſepes copioſiſſima. Odoris graviuſculi; ſaporis acris, ſubamaricantis, inhaerentis. Flor. Dan. Tab. 542.

Ejusdem HERBA recens cum radice.

CHINA PONDEROSA; CHINA. Chinarod. Chinawurzel.

Smilacis Chinae, Linn. Cl. XXII. ord. Hexagyn., RADIX nodoſa ex Indiis advecta, ponderoſa, ſolida, firma, difficulter ſciſſilis, pallide rubens, tentata digitum, manducata linguam pinguedinis aliquo ſenſu afficiens; praefertur occidentali ſeu Americánae, quae coloris eſt obſcurioris et medullae ſpongioſioris ponderisque minoris. Haec uti et radices carioſae, quorum foramina rubris terris bolaribus vel Lithargyrio replentur, merito ex materia pharmaceutica excluduntur.

CHRYSOCOLLA. Vid. *Borax*.

CICHORIUM. Vægvartrod. Wegwartwurzel; Hindlaufwurzel.

Cichorii Intybi, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. aequal., RADIX biennis, ramoſa, pedem longa, pollicem craſſa, obliqua et fibroſa, ſucco lacteſcente turgida, verno tempore colligenda. Sapor grate amaricans; odor radicis recentis nullus; lignoſa et ingrate amara rejiciatur. Sponte creſcens hortenſi praeferenda. Flor. Dan. Tab. 907.

CICUTA AQUATICA. Vandpaſtinak; Selsnape; Sprengrod. Waſſerſchierling; Wüterich.

Cicutae viroſae, Linn. Cl. V. ord. Digyn., HERBA in paludibus et ad margines lacuum proveniens, menſe Junio ante floreſcentiam colligenda; fo-

lia composita, pinnulae omnes longae, lanceolatae, argute serratae. Odor foliorum contusorum recentium gravis, in apium graveolens incidens; sapor fere Petroselini haud ingratus; siccae debilior. Flor. Dan. Tab. 208.

CICUTA TERRESTRIS. Skarntyde. Schierling.

Conii maculati, Linn. Cl. V. ord. Digyn., HERBA in agris ruderatis crescens, mense Junio et Julio antequam flores protrusit, colligenda, caule laevi, glabro, maculato, foliis obscure viridibus, singularis foetoris, a reliquis Cicutae speciebus distinguenda. Pro emplastro conficiendo, merito a Linnaeo praefertur Cicuta virosa seu aquatica Wepferi. Odor foetidus murinus: deficiente hoc odore, planta ut inefficax rejicienda est; sapor leniter aromaticus subnauseosus.

CINA; SANTONICUM. Ormefroe. Wurmsaamen; Zitwersaamen; Seversaat.

Artemisiae Judaicae et *Artemisiae Santonicae*, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. superfl., SEMEN. Planta perennis Palaestinae et Arabiae. Rejiciatur impurum, discolor, et longiore seminum specie intermixtum. Sit e gilvo viridescens, crasse granulatum; saporis acris amaricantis; odoris Zedoariae validi. Saepius adulteratum est, unde illi forte non errant, qui partem non vera semina referentem, abjicere curant.

CINNAMOMUM. Kaneel. Zimmet; Canel.

Lauri Cinnamomi, Linn. Cl. IX. ord. Monogyn., CORTEX interior. Laudantur cortices tenelli, tenues, longi, cannulati: coloris e croceo lacte fulvi, fragrantis; saporis acris aromatici, cum multa dulcedine, parco adstrictionis sensu. Arbor quoad corticem praestantissima, in Ceilone habitat. CLAVELLI CINNAMOMI sunt germina fusca, colore Caryophyllorum aromaticorum profundiore tincta, pedunculo concolori oblongo sensim crassiori striato insidentia, rotunda, calyce sexfido: laciniis striatis ad germen adeo incumbentibus, ut ejus nonnisi apex brevissimo stylo pateat, praedita, odore et sapore Corticis Cinnamomi sed debiliore. Qui inodori et insipidi, rejiciantur.

CINERES CLAVELLATI seu KALI CARBONATUM CRUDUM. Potaske. Potasche.

Est Sal alcalinum vegetabile, fixum impurum, e crematis arboribus durioribus, Fagis inprimis paratum, Kali sulphurico, Kali muriatico et partibus terreis inquinatum. Quare nova in aqua frigida solutione, filtratione et exsiccatione, ad Kali purum obtinendum indiget. Germanici cineres, quo puriores sunt, magisque albentes levesque, (Perlasche vocant) eo purius largiuntur Kali. Ad mechanicos vero usus praestant cineres Russici, in massis grandibus duris, obscurioris coloris, non facile humidum ex aëre attrahentibus allati, ob interpolata inter cremandum segmenta abiegena, acido vegetabili scatentes, et re vera diversum a vero Kali sal exhibentes. Odorem habet nullum, saporem lixiviosum. De Kali carbonico depurato inter praeparata suo loco dicetur.

CITRULLUS. Anguriet; Vandmeloner. Angurien; Wassermelonen.

Cucurbitae citrulli, Linn. Cl. XXI. ord. Monadelph., in hortis cultae, SEMEN recens non rancidum. Cucurbitinis sunt similia, nisi quod extus sint atra.

CITRUM. Citron. Citron.

Citri medicae, Linn. Cl. XVIII. ord. Icosandr., MALUM; ex quo caro seu pulpa. Arbor in Media et Persia spontanea est, copiose crescit in Italia, Hispania et Lusitania. Eligantur majores, cortice tenui vestiti et ponderosiores, recens siccati cortices citrini, non virides, nec fusci vel situ corrupti. Odor flavedinis recentis fragrans, gratissimus; sapor aromaticus calidiusculus, subamarus. Succus intense acidus purus.

Eorundem SUCCUS recens expressus. Saporis acidi grati; cum Kali puro saturatus succus citri, terram praecipitat calcaream, in majori quantitate succi citri iterum solubilem, qua indole ab omnibus aliis acidis distinguendus. Aceto adulteratus, saturatione cum Kali in sal neutrum mutatus, ex

instillatione aliquot guttularum, odorem spargit aceti; Kali sulphuricum praecipitatur, si acidi sulphurici, Kali tartaricum vero, si acidi tartarici ei aliquid admixtum fuerit; sal neutrum e liquoris evaporatione obtentum prunis superpositum, detonando acidum nitricum enunciat; solutum vero si argento nitrico praecipitetur, acidum muriaticum prodit. Genuini et fortis succi citri drachmae duodecim Kali drachma una perfecte saturantur. Methodum acidum citri purum ac crystallisatum praeparandi vide inter praeparata. Exprimitur succus in officinis ipsis, plerumque vero e locis, quae citris abundant, v. c. ex Sicilia et ex India transmittitur. Corruptelae valde obnoxius est, quam ad praecavendam, succus per chartam bibulam filtratus, in vasis vitreis longi et angusti colli probe repletis et arcte clausis, in cella servetur; adhaerescens vero per moram suberi cuticula, sedulo et caute separetur, ab omni agitatione ne sedimentum ascendat, solicite caveatur.

Eorundem CORTICES in usum trahuntur tam recentes quam siccati, amborum vero solummodo exterior flava pars, ab interna fungosa alba liberata, quae in pharmacopoliis sub nomine Flavedinis corticum citri asservatur. Cortices citri siccati et in frusta dissecati ovato-accuminata, extus coloris profunde lutei, intus substantia fungosa albicante adhuc inducti, plerumque ex Italia et Sicilia afferuntur, fragrantia recentiorum et sapore aromatico privati. Eligantur saporis subamari calidi, nec obsoleti nec situ corrupti.

Eorundem e fructibus OLEUM ESSENTIALE, expressione aut destillatione, aut extemporaneo affrictu Sacchari albi paratum, Essentia seu *oleum de Cedro* dictum; sit flavum pellucidum, graveolens non turbidum.

CLAVELLI CINNAMOMI. Vid. *Cinnamomum.*

COCCINELLA. Carmosinorm; Cuzzinel. Kochenille.

In *Cocco cacti* coccinelliferi collecta Insecta, certa Encheiresi in grana abeuntia. Advehuntur e nova Hispania et regno Mexicano. Sint integra, granulata, externe albicantia, trita vero purpurea, ponderosa. Saporis sunt acris, amaricantis, adstringentis.

Cochlearia. Skeeurt; Strandskeeurt; Skiorbugsurt; Cochlearia; Finmarkekaal; Stort Eriksgræs. Löffelkraut.

Cochleariae officinalis, Linn. Cl. XIV. ord. Silicul., herba annua, ad littora maritima Europae borealis frequens, quoque in hortis culta. Herba florens, principio acri volatili praedita. Odor subnasturcinus, debilis; sapor amaricans, os et fauces mordens. Flor. Dan. Tab. 135.

Colchicum autumnale. Nøgne Jomfrue. Zeitlose; Lustblumen.

Colchici autumnalis, Linn. Cl. VI. ord. Trigyn., radix substantiae geminae, tuberosa carnosa, quarum una exterior sterilis est et marcescens, altera intra priorem latens, in fibras porrigitur. In pratis humidioribus reperitur. Odor recentis tempore aestivo hircinus; sapor acris.

Colla piscium. Vid. *Ichthyocolla*.

Colocynthides. Coloqvinder. Coloquinten.

Cucumeris Colocynthidis, Linn. Cl. XXI. ord. Syngenes., poma ex Oriente allata, candida, levia, fungosa, peramara, integra, acriuscula; odoris debilis nauseosi, cortice duro ex albo luteo cincta.

Colophonium. Vid. *Terebinthina*.

Columbo. Columbo. Columbo.

Columbae seu Columbo radix. Habitat in continenti Asiae versus Ceilonam. Odor frictae radicis aromaticus est; sapor ingrate amarus, modice pungens.

Coriandrum. Coriander. Coriander.

Coriandri sativi, Linn. Cl. V. ord. Digyn., semen, recens rotundum, ponderosum; odoris grati quando jam sicca sunt; saporis perinde grati aromatici. Rejiciatur leve, pulverulentum, a vermiculis exesum. Planta Italiae inquilina in hortis colitur.

Cornu cervi. Hiortetakke. Hirschhorn.

Cervi Elephas cornu.

Cortex caribaeus. Caraibiſk Chinabark. Caraibiſche Rinde; Jamaicaniſche China.

Cinchonae Caribaeae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., cortex in fruſtis variae magnitudinis et craſſitiei ex inſulis Caribaeis allatus; optimus convolutus, craſſitudine unguis, externe cinereo - olivaceus, Lichenibus cinereo-albidis maculatus, interne laevis, rubro vel fuſco-brunneus, fractura laevis. Odor debilis; ſapor amarus, acris, ſubnauſeoſus.

Cortex peruvianus; Chinchinae cortex. Kina; Kinabark. Chinarinde; Fieberrinde.

Cinchonae officinalis, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., cortex ex America auſtrali advectus. Variae dantur ſpecies: e rubro ferruginea (Caſcarilla colorata): e Cinnamomeo rufa (Caſcarilla amarylla): alba, craſſa, fungoſa (Caſcarilla blanca): externe denique alba, intus cinnamomea, quae viliſſima ſpecies frigidiori ſub coelo germinat (Caſcarilla criſpilla). Utraeque priores adhibeantur, rejiciantur vero duae poſteriores. In ſelectu autem cautiſſime verſandum eſt. Sapor ſit amarus cum adſtrictione aliqua diu linguae inhaerente, inprimis vero ſapore ſuo ſpecifico mucido ſe diſtinguat; non ſit parum ſapidus, neque ſaporis viſcidi, neque impenſe ſtypticus et nauſeoſe amarus, uti occurrit in ſpecie viliore, aliarum arborum corticibus remixta, et ſubinde Aloës ſolutione imbuta. Odor ſit paulum aromaticus, ſpecifice mucidus, quem notabilem exhibet affuſa pulveri aqua bulliens. Non vero nullus ſit, neque putridus nauſeoſus odor, quem ſpargit haud rite ſiccatus, aut in navi madefactus et corruptus cortex. Tenuis ſit, certe craſſitudinis mediae, gravis tamen pro voluminis ratione. Neque laevis ſit facies externa et quaſi polita, ſed ſcabra, ſubfuſca, et Lichene albo cinereo hinc inde obducta; non nigra, qui corrupti corticis color, neque pallide flava, qui Blancae et Criſpillae eſſe ſolet; neque laete rutilans, cujusmodi de aliis arboribus deglubitur. Internus color ſit pauxillum Cinnamomo obſcurior, magisque obſoletus aut ferrugineus. Digito tentatus non tenax ſit aut fungo-

sus, neque in fibras lignosas decerptus, aut in farinam cariosam dehiscens; sed compactus sit, aequaliter fragilis, et ad solem moleculis micantibus resplendeat. Decoctum corticis aquosum adhuc calidum, vitro inditum rufescat, frigefactum vero pallescat. Lignum cortici forte adhaerens studiose separandum est. Qui in pulvere aliunde advehitur, propter admixtas particulas lignosas fibrosas pilorum instar, suspectus rejiciatur.

Cortex peruvianus flavus; Cortex peruvianus regius; Cortex chinchinae flavus s. regius. Guul Chinabark; Kongens Chinabark. Gelbe Chinarinde; Königs Chinarinde.

Cortex Cinchonae, speciei nondum satis definitae. Cortex ex eadem regione ut prior allatus, crassior et magis lignosus, qui colore cinnamomeo et principio amaro subaromatico, omnibus aliis Cinchonae corticibus antecellit.

Cortex peruvianus ruber; Cortex chinchinae rubrae. Rød Chinabark. Rothe Chinarinde.

Ex truncis et ramis crassioribus ejusdem arboris, quae corticem vulgarem erogat, detrahitur. Saporis est magis adstringentis ac aliae species. Principio resinoso et adstringente prae caeteris Cinchonae corticibus eminet.

Cremor tartari. Vid. *Tartarus vini.*

Crepitus lupi. Vid. *Bovista.*

Creta alba. Hvid Kride. Weiße Kreide.

Terra macra, Linn. Cl. III. ord. Fossil., alcalina, in Siaelandia nostra reperitur. Praestantior alba, levis, non arenosa, heterogeneis libera, ex insula Moen adfertur. Odore gaudet nullo; sapore terreo.

Crocus. Safran. Saffran.

Croci sativi officinalis, *varietas autumnalis*, Linn. Cl. III. ord. Monogyn., pistillorum stigmata. Praestat Crocus Anglicus in massas orbiculares pressione coactus, itemque Hispanicus. Plerumque vero Gallicus e pvovincia Gastinois, aut Austriacus ad nos pervenit. Sit coloris aurantii, recens,

neque marcidus tactu neque humidús; sed tenax, mollis, pinguis, digitum tamen oleo non inquinans, sequax, ejusdem intus ac extus coloris: saporis amariusculi; odoris gravis, circumquaque se defundentis, insignis ratione voluminis levitatis. Adulteratur imprimis gallicus, flore Carthami tinctorii, qui colore dilutius luteo facile dignoscitur. Qui mucidi odoris est, rejiciatur.

CRYSTALLI TARTARI. Vid. *Tartarus vini.*

CUBEBAE. Cubeber. Cubeben; Schwindelkörner.

Piperis caudati Berg., Linn. Cl. II. ord. Trigyn., FRUCTUS. Baccae subrotundae, fuscae, plicis elevatis reticulatae, magnitudinis seminis Pisi, pedunculatae; parenchymate albido, oleoso. Odor fragrans; sapor aromaticus, acris, dein in ore et faucibus calidus. Ex Java et aliis regionibus Indiae orientalis adfertur.

CUCUMIS. Agurk. Gurcke.

Cucumeris sativi, Linn. Cl. XXI. ord. Syngenes., FRUCTUS. Pomum, viride, cylindricum vel ovatum, subincurvum, torulosum: toribus inaequalibus subaculeatis. Parenchyma carnoso-succulentum, albido-virescens. SEMINA MATURA ovato-oblonga utrinque obtusa, compressa albido-pallescentia. Odor pomi crudi subfatuus proprius, seminum nullus. Sapor pomi, odori congruus, subdulcescens, seminum amygdalinus.

CUPRUM; AES. Kobber. Kupfer.

Est purum ex solutione cupri sulphurici obtentum. Odorem habet proprium, si manu teratur; saporem metallicum valde nauseosum, vix ex ore vel lingua delendum; acido carbonico in oxydum viride mutatur.

CUPRUM ACETICUM. Vid. *Aerugo.*

CUPRUM SULPHURICUM. Vid. *Vitriolum coeruleum.*

CURCUMA. Gurkemeje. Curcumei; Gelber Ingfer.

Amomum Curcumae Jacq., Linn. Cl. I. ord. Monogyn., RADIX orientalis, extus lutea, intus e luteo rufa, dura, densa, ponderosa, defracta particulas resinosas micantes exhibens; saporis amaricantis leviter aromatici, odoris fere nullius.

CYDONIA. Qvæder. Quitten.

Pyri Cydoniae, Linn. Cl. XII. ord. Pentagyn., SEMINA ex arbore Cretensi in hortis culti. Sunt oblongo-acuta et ſpadiceo fuſca, et quo magis nitida ſunt, eo meliora habentur. Multa mucilagine cincta ſunt. Rejiciantur vetuſta, nigra, ſordida.

CYNARA. Artiſkok. Artiſchocken.

Cynarae Scolymi, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. aequal., HERBA RECENS. Folia ſubſpinoſa pinnata vel indiviſa, odoris debilis, ſaporis amari. In hortis colitur et tempore vernali aeſtivalique colligenda.

CYNOSBATA. Hyben; Nyper. Hanbutten.

Roſae caninae, Linn. Cl. XII. ord. Polygyn., FRUCTUS ovatus, obtuſus, coronatus, magnitudine glandis quercinae vel ultra, coccineus, intus cavus, ſeminibus pallidis lanato-hiſpidis repletus, odoris nullius, ſaporis aciduli. Frutex in dumetis et apricis ubique proveniens. Flor. Dan. Tab. 555.

DAUCUS VULGARIS ſ. SATIVUS. Gulerod. Carotten; Gelbe Wurzeln; Möhren.

Dauci Carotae, Linn. Cl. V. ord. Digyn., RADIX fuſiformis, craſſa, aurantia vel ex flavo rubens, ſucco grate dulci repleta; in agris hortisque colitur. In cellis ſabulo humido ſervanda. Flor. Dan. Tab. 723.

DATURA STRAMMONIUM. Galurt. Stechapfel; Tollkraut; Stachelnußkraut.

Daturae Strammonii, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FOLIA magna ſaturate viridia, odoris viroſi. Annua, in ruderatis ad ſepes, ad vias, ad foſſas ſpontanea, etiam in hortis culta. Flor. Dan. Tab. 436.

DENS LEONIS. Vid. *Taraxacum*.

DIGITALIS PURPUREA. Rod Fingerhat. Rother Fingerhut.

Digitalis purpureae, Linn. Cl. XIV. ord. Angyoſp., FOLIA. Planta biennis in campis apricis auſtralibus creſcit. Uti quoque in Norvegiae pro-

vinciis, Chriſtianſandia et in Bergenſi. Odore gaudet nullo; ſapore autem amaro, ingrato, acri. Brevi ante floreſcentiam colligenda. Flor. Dan. Tab. 74.

Dulcamara. Bitterſøde; Hundebær; Troldbær; Knipſlyng. Bitterſüß; Alfranken.

Solani Dulcamarae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., stipites. Ad foſſas et in locis paludoſis habitat. Ramuli biennes vel triennes longi, calamum craſſi, lignei, medulloſi, cortice ex flavo virideſcente, vel e cinereo fuſco tecti; odoris, ſi recentes ſint, gravis, nauſeoſi; ſaporis amaricantis poſtea ſubdulceſcentis. Odor ſiccorum ſtipitum nullus; ſapor magis amarus. Flor. Dan. Tab. 607.

Electrum. Vid. *Succinum.*

Elemi. Elemi. Elemi; Wildes Oelbaumgummi.

Amyridis Elemiferae, Linn. Cl. VIII. ord. Monogyn., resina. Celebratum olim Elemi aethiopicum, coloris ex albo lutei et languido viridis variegati, externe durum, interne tenax, molle, odoris Foeniculi, arundine involutum, non niſi rariſſime invenitur. Sed ejusdem fere virtutis, Elemi vulgare Amyridis, modo probum ſit, ejusdem ac aethiopicum coloris, ſemipellucidum flaveſcens, fere inſtar cerae cum immixta viridine, inter digitos frigidos friabilis, calefactum vero tenax et ſequax, calore lenteſcens; odoris ſubvinoſi ad acetum accedentis, fragrantis; ſaporis gravis amaricantis. Rejiciatur, fuſcum, cinereum. Sunt qui reſinam flavam cum oleo Spicae et Terebinthinae commiſcent, indeque Elemi artificiale componunt, quod facile ignis calore, quo odor Terebinthinae pateſcit, detegitur. E factitio Elemi paratum unguentum Arcaei, mox in ſuperficie contrahit pelliculam aridam duriuſculam, gilvam: probum vero Elemi cum reliquis aequabiliter commiſtum manet. Non pro vero ſed ſpurio Elemi habendum eſt Elemi Surinamenſe, ex arbore a Breynio deſcripta; quare illa Reſina, Gummi

Chibou nonnullis appellatur. Eligatur odoratum, purum, pingue. Arbor Americae meridionalis.

Refina Elemi orientalis, quae in lacrymis luteo virefcentibus, diaphanis, odoris grati foeniculacei, e cortice trunci Amyridis Zeilonicae Retz fponte deftillat, melior eft et efficacior.

ELEUTHERIUM. Vid. *Cafcarilla.*

ENULA; HELENIUM. Alandsrod; Sanct-Ellensrod. Alandwurzel.

Inulae Helenii, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. fuperfl., planta perennis. RADIX biennis, craffa, carnofa, multifida, extus fufca, intus alba, odoris fubaromatici violacei; faporis amari aromatici pungentis. In locis humidis, paludofis reperiunda, quae efficacior. Flor. Dan. Tab. 728.

ERUCA. Hvid Sennep. Weißer Senf.

Braffícae Erucae feu *Sinapis albae*, Linn. Cl. XV. ord. Siliquof., plantae annuae in hortis cultae SEMEN rotundum, parvum, flavefcens; odoris graviufculi; faporis acris et feminibus Sinapis nigrae fimilis, fed longe remiffioris.

EUPHORBIUM. Euphorbiumgummi. Scharfes Euphorbium-Gummi.

Euphorbiae officinalis, Linn. Cl. XI. ord. Trigyn., GUMMI RESINA. Concreta in guttas vel lacrymas ex pallido flavefcentes, haud coloris aurei, fplendidas, modo rotundas, modo oblongas ramofas et cavernofas. Odoris haud ingrati dum prunis injicitur: faporis acerrimi, urentis, naufeofi. Affertur ex Africae regionibus.

FAGUS. Bog. Buchen.

Fagi fylveftris, Linn. Cl. XXI. ord. Polyandr., FRUCTUS, compofitus e nucibus duabus, argute triquetris, rufo-badiis, unilocularibus, involucro quadrivalvi extus hifpido inclufis. Semina triquetra, pallida; odoris nullius; faporis vix dulcefcentis, fubadftringentis. Arbor procerus in fylvis frequenter reperitur.

FARFARA; TUSSILAGO. Hestehov; Follefod; Hovblad; Hovurterod; Skreppe; Leerskreppe; Leerfivel. Brandlettich; Huflattich.

Tussilaginis Farfarae, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. superfl., FOLIA, in humidis provenientia, non adeo adulta, Majo menfe colligenda. Flor. Dan. Tab. 595.

Ejusdem RADIX teres, longa, ramofa, fibrillofa, pallida. Odor vix ullus; fapor fubftypticus leniter amaricans. Primo vere ante deflorefcentiam colligenda.

FEL TAURI. Oxegalde. Ochsengalle.

Bovis tauri domeftici cyftica, vifcofa, BILIS, ex flavo viridis; odoris ingrati; faporis peramari; in putredinem prona, ftatim infpiffanda et in vitro claufo fervanda.

FERRUM. Jern. Eisen.

Ferrum felectum, e cinereo nigrefcens Metallum, Magneti obediens, quod acidis folutum, adftringente principio adhibito, nigricans praecipitatur. Odoris et faporis eft proprii adftringentis.

FERRUM SULPHURICUM. Vid. *Vitriolum martis*.

FILIX. Bregne; Heedbregne; Skiærbregne; Grofte Molfoor; Molfoorblom; Klojæfke; Bujæfke; Skorv; Hanblom; Ryfteblom; Trepeek; Caffa Gaifke. Farnkraut.

Polypodii filicis maris, Linn. Cl. XXIV. ord. Filic., RADIX perennis, craffa ramofa, foris fquamofa badio-nigricans, intus pallida. Odoris dum recens eft fubnaufeofi; faporis primum fubdulcis, deinde amariufculi, fubadftringentis. Autumno colligenda.

FLAMMULA JOVIS; CLEMATIS ERECTA. Brændeurt. Brennkraut.

Clematidis erectae, Linn. Cl. XIII. ord. Polygyn., FOLIA pinnata, foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis; odoris recentium debilis; faporis acris

ſauces linguamque urentis, diutius retenti eam rubefacientis, veſiculas excitantis et exulcerantis; ſiccorum vero mitioris, acido-ſubdulcis, leniter adſtringentis, parum ſtimulantis. In Germania meridionali reperitur.

Ejusdem FLORES. Sapor conſtanter acris eſt.

FLAVEDO CORTICUM CITRI. Vid. *Citrium.*

FLORES ANTHOS. Vid. *Rosmarinus.*

FLORES NAPHAE. Vid. *Aurantia.*

FOENICULUM. Fennikel. Fenchel.

Anethi Foeniculi, Linn. Cl. V. ord. Digyn., RADIX biennis, digitalis, recta, alba; odoris grati, ſaporis ſubdulcis, aromatici. In hortis colitur; pars corticoſa in uſum vocatur.

Ejusdem SEMEN ponderoſum, oblongum, ſubviride, ſtriis ſemieminentibus ſpadiceo albicantibus aut pallide flaveſcentibus diſtinctum. Oleo dives, grati odoris, calidiuſculi et dulceſcentis ſaporis.

FOENICULUM AQUATICUM. Vid. *Phellandrium.*

FOENUM GRAECUM; FOENU GRAECUM. Bukkehorn; Fænugræc. Bocksborn.

Trigonellae Foenugraeci, Linn. Cl. XVII. ord. Decandr., SEMINA quadrangularia vel rhombea, ſubplana, utrinque ſulcata, vitellina; odoris fortis ingrati, ſaporis mucilaginoſi, ex Europa auſtrali advecta.

FORMICA. Myrer. Ameiſen.

Formicae rufae, Linn. Cl. V. ord. Hymenopt. In campis et ſilvis frequentiſſimae. Inſectum hymenopterum, acido volatili proprio praeditum.

FRAXINUS. Aſk. Eſchenbaum.

Fraxini excelſioris, Linn. Cl. XXIII. ord. Dioec., CORTEX, e cinereo palleſcens ad viriditatem inclinans. Odoris nullius, ſaporis acris, amari, adſtringentis. Flor. Dan. Tab. 969.

FUMARIA. Jordrøg; Aakerſiſſel. Erdrauch; Taubenkropf.

Fumariae officinalis, Linn. Cl. XVII. ord. Hexandr., PLANTA, recens in agris reperiunda, menſe Majo colligenda. Inter ſegetes frequens eſt. Odo-

rem habet nullum, fed faporem peramarum, falinum, ingrátum. Flor. Dan. Tab. 940.

FUNGUS QUERCINUS. Vid. *Agaricus chirurgorum.*

GALANGA MINOR. Galange. Galgant.

Marantae Galangae, Linn. Cl. I. ord. Monogyn., RADIX tuberofa, nodofa, geniculata, dura, minimum digitum craffa; feligantur ponderofae non cariofae, extus e fpadiceo rubrae, intus rubellae; odoris, praefertim dum contundantur fragrantis, aromatici; faporis fervidi acris, fubamari, fubadftringentis. Ex Oriente advehuntur.

GALBANUM. Galbanum. Galbanum.

Bubonis Galbani, Linn. Cl. V. ord. Digyn., GUMMI RESINA e Syria advecta, recens ex albo lutea; vetuftior e luteo fubrufa, ad ignem flammam concipiens. Eligatur Gummi recens, ficcum quidem, fed calore manus lentefcens et ductile, intenfe et naufeofe fpecifice olidum, faporis calidi, amaricantis. Praefertur in granis allatum, quamvis variis interdum quisquiliis interpolatum. Neque tamen, quod in maffis ad nos pervenit rejiciendum eft, modo copiofas particulas albicantes parum fplendentes, fpiritum vini aureo colore tingentes, contineat. Abjiciatur vero impurum coloris luridi, fufci, craffitudinis cereae. Adulteratur variis vilioribus refinis, Ammoniaco aut Gummi fubrufo Ferulae galbaniferae, quae in Sicilia crefcit, variisque ramentis vegetabilium, quod e debiliore odore et defectu fplendóris, colorisque variegati patefcit.

GALLA. Galæbler. Galäpfel.

Quercus Cerris, Linn. Cl. XXI. ord. Polyandr., a puncturis Cynipis querci natae EXCRESCENTIAE fungofae, globofae, ex albo flavefcentes vel cinereae, faepe foramine parvo perforatae, tuberculatae, principio adftringente repletae. Praeferendae ex Aleppo allatae, coloris nigro-caerulefcentis et imperforatae.

GAMBOGIA. Vid. *Gummi Guttae.*

GENTIANA RUBRA. Sode; Sodrod; Sodkonge; Skiær-sode. Rother Enzian.

Gentianae purpureae, Linn. Cl. V. ord. Digyn., RADIX biennis, longa, pollicem unum aut alterum craffa, extus fufca, intus e flavo rufefcens, odoris debilis, faporis intenfe amari, in Norvagiae Alpibus habitans: quae luteae praeferenda. For. Dan. Tab. 50.

GEOFFROYA JAMAICENSIS. Jamaikansk Ormbarktræe. Jamaicanischer Wurmrindenbaum.

Geoffroyae inermis, Linn. Cl. XVII. ord. Decandr., CORTEX, ex Jamaica et aliis infulis Caribaeis advectus, extus cinereus vel ferrugineus, intus nigricans, fibrofus, tenax, fectione transverfali minus fplendens. Odor praefertim recentis naufeofus; fapor amaricans, fubaufterus.

GEOFFROYA SURINAMENSIS. Surinamsk Ormbarktræe. Surinamischer Wurmrindenbaum.

Geoffroyae Surinamenfis, Linn. Cl. XVII. ord. Decandr., CORTEX, in fruftis longis, planis, craffitiei diverfae pro arboris aetate, vel parte a qua feparatus fuit. Genuinus CORTEX extus lichenibus cinereis ablatis, purpureo-fufcus, intus atro-purpureus vel variegatus, vel punctis albicantibus infperfus, filamentofo lamellofus, fectione transverfali fplendens et punctulatus. Odor ficci fere nullus, recentis vero naufeofus; fapor leviter amaricans, fubaufterus. E Surinamia affertur.

GEUM URBANUM. Vid. *Caryophyllata.*

GLYCYRRHIZA; LIQUIRITIA. Lakrits. Süßholz; Liquiritien.

Glycyrrhicae glabrae f. *echinatae*, Linn. Cl. XVII. ord. Decandr., RADIX ramofa, late ferpens, perennis. Sit recens, tenax, flexilis, diffecta laete flava; odoris debilis, dulcis gratique faporis, fed coctione ingrate amarefcens. Ex Franconia plerumque adfertur.

GRAMEN CANINUM. Hundegræs; Kroppegræs; Knæ-græs; Taggræs; Tægræs; Axrod; Axing; Skingræs; Qvikke-taaen; Qvikurt. Queck; Graswurzel.

Tritici repentis, Linn. Cl. III. ord. Digyn., RADIX perennis, repens, geniculata, e sarmentis tenuibus constans. Pestis est vulgaris agrorum et hortorum. Odorem habet frumentaceum; saporem debiliter dulcescentem. Verno et autumnali, non aestivo, tempore colligatur. Flor. Dan. Tab. 748.

GRANATORUM CORTICES; MALICORIUM. Granatæblefkal. Granatápfelschaale.

Punicae Granati, Linn. Cl. XII. ord. Monogyn., cortices fructuum, externe e fusco rubicundi, interne flavi, crassi, coriacei, tenaces, saporis amaro austeri, adstringentis. Ex Europa meridionali advecti.

GRATIOLA. Gudsnaadeurt. Gottesgnadenkraut.

Gratiolae officinalis, Linn. Cl. II. ord. Monogyn., HERBA, quotannis recens ac florens colligenda, in uliginosis et humidis crescens, saporis peramari, acris. Flor. Dan. Tab. 363.

Ejusdem RADIX cylindrica geniculata, extus pallide cinerascens, intus pallide lutescens; odoris debilis haud ingrati; saporis intense amari, nauseosi, inhaerentis.

GUAJACUM; LIGNUM SANCTUM. Pokkenholt; Guajak. Franzosenholz.

Guajaci officinalis, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., LIGNUM et CORTEX. Illud extus fulvum, intus obsolete viride; hic e cinereo fuscus et e viridi variegatus, minus ligno efficax. Utrumque quo magis est ponderosum et resinosum, eo melius est. Saporis sit amari, subacris, parum aromatici. Carbonibus injectum non ingratum spargat et aromaticum odorem. Subsidat in aqua. Quod coloris dilutioris est, exsoletum et vetustum habeatur. Adfertur e nova Hispania et insulis Americanis.

Ejusdem e ligno RESINA ex America allata, fragilis, friabilis, subpellucida; saporis acris pungentis; odoris nullius, grati vero si prunis injiciatur. Coloris externe e viride pulli aut obscure rufi, interne albicantis subrubelli. Adulteratur additione aut Colophonii aut Balsami Sulphuris Smal-

caldici. Fraus detegitur facile fuper ignem, qui Sulphuris odorem extrícat. Diſtinguenda eſt Reſina, quae mediante ſpiritu vini e ligno extrahitur; haec vero nativa eſt, et ex arbore, quae Guajacum lignum ſuppeditat, exſudat. Eligatur illa, quae in minoribus fruſtis advehitur et corticibus adhaeret Guajaci. Quae ſoluta in ſpiritu vini, ſi inſtilletur ſpiritus nitri dulcis, coeruleo colore tingitur, ſincera eſſe concluditur.

Gummi adstringens Fothergilli. Vid. *Gummi Kino.*

Gummi arabicum; Gummi senegal. Arabiſk Gummi. Arabiſch Gummi.

Mimoſae Niloticae, Linn. Cl. XXIII. ord. Monoec., gummi, e Guinea et ore Nigritarum in fruſtis conſpicuae molis, foris aſperis allatum, quod utpote minoris pretii, ejusdem tamen virtutis, in officinis proſtat loco Gummi arabici (mimoſae ſive acaciae Aegyptiacae et Arabicae) pallide lutei, fragilis, fracti ſplendentis, pellucidi. Odorem et ſaporem nullum habet. Bdellii fruſtula, Senegal Gummi nonnunquam interpolata, odore ſe produnt.

Gummi gambiense. Vid. *Gummi Kino.*

Gummi guttae, gutta gamba; Gambogia. Gummigut. Gummigutt.

Stalagmitis Cambogioides Murayi, gummi resina, e regno Chinae et Siam, ut et Ceylone allata, in officina forma placentarum largarum proſtat, opaca, nitens, friabilis. Coloris e flavo rufi, aurantii, extus multo obſcurioris, humectata in pallidam flavedinem abiens. Odorem et ſaporem habet initio nullum, verum deinde acris fit cum ſiccitatis faucium ſenſu. Rejiciatur impura ſordida nigricans.

Gummi gutta gamba. Vid. *Gummi Guttae.*

Gummi kino ſ. gambiense ſ. rubrum adstringens. ſ. adstringens Fothergilli.

Arboris Africae interioris adhuc ignotae, maſſa gummi-reſinoſa, rubro nigricans, friabilis, opaca, fractura granuloſa nitente, in aqua ſubſolubilis, reliqua in ſpiritu vini. Odor nullus; ſapor adſtringens.

GUMMI RUBRUM ADSTRINGENS. Vid. *Gummi Kino.*

GUMMI SENEGAL. Vid. *Gummi Arabicum.*

HELENIUM. Vid. *Enuſa.*

HELLEBORUS NIGER; MELAMPODIUM. Sort Nyſerod. Chriſtwurzel; Schwarze Nieswurzel.

Hellebori nigri, Linn. Cl. XIII. ord. Polygyn., RADIX fibroſa, maximam partem in Laalandia, inſula Moen, Germaniae auſtralis et Helvetiae alpibus collecta. Probae radicis caput tuberoſum, nigrum, nucem Moſchatam aequat et ſulcatum eſt. Fibrae ſint extus tenues, laeves, intus albae, parum tenaces. Sapor nauſeoſus ſit, acer et amaricans cum odore nauſeoſo; rejiciantur radices vetuſtae, fragiles, pulverulentae.

HELMINTHOCHORTUM. Strandmos. Korallenmoos; Wurmmoos.

Confervae dichotomae, Linn. Cl. XXIV. ord. Alg. In mari circa Corſicam colligitur. Eſt ſubfuſca, dichotoma; odore marino et nauſeoſo; ſapore ſubſalſo, nauſeoſoque praedita.

HIPPOCASTANUM. Heſtecaſtanier; Vilde Caſtanier. Roßcaſtanien.

Aeſchyli Hippocaſtani, Linn. Cl. VII. ord. Monogyn., CORTEX. Arbor ubique fere frequens eſt. Cortex ramorum ſaporem habet adſtringentem, grate amarum, odorem nullum, colorem ſubluteum, albugine vero adhaerente liberandus eſt. Colligatur ex ramis aetate non nimis provectis, nec nimis teneris.

HIRUDO. Blodigle. Blutigel.

Hirudo medicinalis depreſſa fuſca, lineis longitudinalibus flavis dorſalibus ſex, intermediis maculatis, ſubtus cinerea, nigro maculata.

HIRUNDINARIA; VINCETOXICUM. Svalerod. Schwalbenwurzel; Gifftwurzel.

Asclepiadis Vincetoxici, Linn. Cl. V. ord. Digyn., RADIX biennis tuberosa fibrosa, in sabulosis et montosis reperiunda; subacris fervidique saporis et validi nardini subaromatici odoris. Flor. Dan. Tab. 849.

HYDRARGYRUM. Vid. *Mercurius*.

HYOSCYAMUS. Fandensnosser; Fandenspunge; Hounsebane; Bulmeurt; Horsetænder; Sodbonne. Bilsenkraut.

Hyoscyami nigri, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., HERBA, in ruderatis pinguibus proveniens: mense Julio colligenda. Odor herbae recentis, narcoticus, ingratus: contusae tabacinus, sapor fatuus.

Ejusdem SEMEN exiguum subcinereum, subrotundum rugosum, compressum.

HYPERICON. Perikum; Hyperikum; Jordhumle; Blodblomster; Sanct-Hansurt; Mandeblod; Apotheker perikum. Johanniskraut.

Hyperici perforati, Linn. Cl. XVIII. ord. Pentandr., COMA florida, in pratis proveniens, antequam flos sese explicuerit, mensibus Junio et Julio decerpenda; sapore subacri, balsamico, subadstringente, et odore svavi praedita. Quod ejus loco non raro substituitur Hypericum quadrangulum, caule quadrato herbaceo, dignoscitur. Flor. Dan. Tab. 1043.

HYSSOPUS. Isop. Isop.

Hyssopi officinalis, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnosp., COMA florida. Odorem habet sicca et recens fragrantem, saporem calidiusculum aromaticum, amaricantem.

JALAPPA. Jalap. Jalappe.

Convolvuli Jalappae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., RADIX vel potius taleoli radicis zonulis cincti, externe e lurido fusci, interne e fusco cinerei, ex America allati. Radix sit compacta, dura, ponderosa; igni admota in-

flammabilis, diffracta particulis refinofis refplendens. Odoris eft, cum in pulverem teritur, naufeofi; faporem habet acriufculum, diutius inhaerentem, ingratum. Admifla Bryoniae fegmenta, colore albo, textura fpongiofa, annulisque illico fe produnt.

JASMINI OLEUM. Jasminolie. Jasminöl.

Jasmini officinalis, Linn. Cl. II. ord. Monogyn., florum OLEUM infufum, aliunde ad nos perveniens.

ICHTHYOCOLLA f. COLLA PISCIUM. Husblas. Hausenblase.

Acipenferis Sturionis, *Hufonis ftellati*, *aliarumque fpecierum* hujus generis GLUTEN, ex vefica aërea praecipue, nec non ex inteftinis coctione extractum, refrigerio in pelliculas condenfatum, et deinde in varias figuras convolutum et ficcatum. Optima in fruftis albidis, fubdiaphanis, folidis, ponderofis, in aqua facile ac perfecte folubilibus, et maximam partem ex Mofcovia advectis, habetur.

IPECACUANHA. Amerikansk Brækrod. Amerikanische Brechwurzel; Ruhrwurzel.

Pfychotriae emeticae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., RADIX repens, nodofa, geniculata: Brafilienfis fufca, aut Peruviana cinerea, quae priori praeferenda. Quae externe albicant radices, aut coloris gilvi funt, fpongiofae et fulcis haud notatae, rejiciantur. Eligantur, quae colorem exhibent e cinereo obfolete caftaneum, quae rugofae funt annulisque et incifuris profundis confpicuae. Odor corticis nullius, pulverifati naufeofus; fapor amaricans, acriufculus, inhaerens, cum fenfu mucilaginis. Cortex craffus fit, durus, denfus, fragilis, fractus particulis refinofis refplendens. Rejiciantur fibrae adhaerentes cum medulla lignea alba, infipida, fubflavefcente.

IRIS FLORENTINA. Fiolrod. Violenwurzel.

Iridis florentinae, Linn. Cl. III. ord. Monogyn., RADIX tuberofa, fublato cortice ex Italia advecta, ponderofa, denfa, candida, pollicem craffa, punctis e gilvo fufcis diftincta, Violae Martiae odorem fpirans; faporis

leviter amaricantis, fubacris, diutius in ore remanentis. Radices minores majoribus praeftant.

JUGLANS. Valnøddetræe. Welfcher Nußbaum.

Juglandis regiae, Linn. Cl. XXI. ord. Polyandr., *fructus* CORTEX exterior parenchyma carnofum, fucculentum viride, habet. Odor corticis non admodum gratus; fapor adftringens amarus. Arbor in hortis colitur.

JUNIPERUS. Enebær; Jenbærtræe; Ene; Ener; Eine; Brifk; Brufe; Rædka; Gofkas. Wachholder.

Juniperi communis, Linn. Cl. XXI. ord. Monadelph., BACCAE grandes nigrae, refinofae, ponderofae. Odoris gravis; faporis fubamari, fubdulcis refinofi. Arbufculum in folo fterili fpontaneum. Flor. Dan. Tab. 1119.

Ejusdem LIGNUM album, folidum, fragrans, faporis amaricantis, aut trunci aut radicis. Lignum radicis, quippe odoratum magis et efficax, priori praeferendum eft.

Ejusdem e ligno et cortice deftillatum OLEUM, e fylva Hercynia allatum, non raro Oleo Pini et Terebinthinae adulteratur.

KALI CARBONICUM. Vid. *Cineres clavellati.*

KALI NITRICUM. Vid. *Nitrum crudum.*

LACCA; GUMMI LAC. Gummilak. Gummilack; Stangenlack.

Fici religiofae et Indicae vel alius arboris Indiae orientalis Maffa refinofo ceracea e laefo cortice ramulorum exfudans et totum obducens, in qua Cocci Fici, Infecta haemiptera, nidulant. Sit rubra, fragilis, fubpellucida, odoris et faporis vix ullius; mafticata falivam tingit purpureo colore; aquam calidam chermofino, fubfidente pulvere nigricante; fpiritui vini impertit faporem fubamarum, fubadftringentem; accenfa odorem primo gratum, deinde foetidum animalis fubftantiae fpargit. Haec Lacca ramulos

adhuc involvens sub nomine *Laccae in baculis*, ex Bengalia adfertur, et quo profundius rubra est, eo melior censetur. Vilioris pretii est pallida et perforata in granis solitariis, quae *Lacca in granis* dicitur. Ejusdem census est *Lacca in tabulis*, e granulata fusa et a foecibus purgata confecta, e flavo rubens pellucida et fragmentis Vitri Antimonii similis.

LAPATHUM ACUTUM. Heftesyre. Grindwurzel.

Rumicis acuti, Linn. Cl. VI. ord. Trigyn., RADIX perennis, pollicem crassa, octo vel decem pollices longa; coloris extus obscure rubelli, intus flavescentis; odor levis: sapor manifeste austerus et amarus. Planta fere ubique occurrit.

LAURUS. Laurbærtræe. Lorbeerbaum.

Lauri nobilis, Linn. Cl. IX. ord. Monogyn., FOLIA recentia. Arbor Europae calidae propria. Folia fortiter sint olida non effoeta; odoris aromatici, balsamici graviusculi; saporis aromatici subamaricantis; coloris obsolete flavi, e gilvo olivaris.

Ejusdem BACCAE. Fructus recentes nigricantes, oleosi, aromatici; sapore et odore fortiores, quam Lauri folia.

Earundem e baccis contusis, affusaque aqua coctis, expressum OLEUM ex Italia, maximam vero partem e Gallia australi allatum. Plerumque adipe Suilla, Terebinthina et colore viridi (Saftgrøn) adulteratum, ad nos pervenit.

LAUROCERASUS. Laurbærbladet Kirsebærtræe. Kirschlorbeerbaum.

Pruni Laurocerasi, Linn. Cl. XII. ord. Monogyn.; arbor, Orientis et Europae australis; FOLIA sempervirentia, succulenta, coriacea integra, nitide viridia, odoris fragrantis, nucleo Persicae similis; saporis velut amygdalarum amararum. Pulverata sternutationem moventia, principio narcotico abundant; siccata fere insipida.

LAVENDULA. Lavendel. Lawendel.

Lavendulae spicae, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnosp., SPICA FLORENS.

Habetur Lavendula latifolia et angustifolia. Hujus utpote gratioris, siccandus flos est, illius pro oleo inservit. Odor recentis et siccae fragrans, fortis, cephalicus, svaveolens; sapor aromaticus, amaricans, calidiusculus.

LEVISTICUM; LIGUSTICUM. Lovstilk; Lobstik. Liebstöckel; Bedkraut; Saukraut.

Ligustici Levistici, Linn. Cl. V. ord. Digyn., RADIX, in hortis culta, praelonga, crassa, grandis, ramosa, torosa, extus nigricans, intus alba, in medio subflava. Odoris specifici, gravis; saporis subdulcis, acris, aromatici, ingrati.

LICHEN ISLANDICUS; MUSCUS ISLANDICUS. Islandsk Mos; Fieldgræs. Isländisch Lungenmoos.

Lichenis Islandici, Linn. Cl. XXIV. ord. Alg., HERBA foliacea adscendens, laciniata, in Islandiae, Norvagiae, Lapponiae montanis et Alpinis; uti et aliarum regionum montibus ad terram et saxa proveniens; supra cinereus est, subtus fuscus. Odoris nullius; saporis amari, subadstringentis. Flor. Dan. Tab. 155.

LIGUSTICUM. Vid. *Levisticum*.

LINUM SATIVUM. Hør. Lein.

Lini usitatissimi, Linn. Cl. V. ord. Pentagyn., SEMEN. Planta apud nos conseritur in agris. Odor seminis recentis debilis; sapor fatuus, mucilaginosus.

Ejusdem OLEUM expressum recens, vid. Pars II.

LIQUIRITIA. Vid. *Glycirrhiza*.

LITHARGYRIUM ARGENTI; PLUMBUM OXYDATUM. Sølverglød. Silberglätte; Bleyglätte.

Plumbum inter depurationem argenti oxydatum, semivitrificatum, ponderosum, ad attactum pingue, squamosum, e rubello flavicans, nunc magis pallidum, nunc propius in rubrum vergens. Odoris nullius; saporis metallici dulcis. Praestat quod e puro acquiritur plumbo, cujus solutio cum

Ammonio (alcali volatili) coeruleum non inducit colorem, quod contingit si cuprum admixtum fuerit.

LUPULUS. Humle. Hopfen.

Humuli lupuli, Linn. Cl. XXII. ord. Pentandr., ad sepes in dumetis crescentis, CONI. Amenta florum foemineorum subrotunda vel oblonga, ovata, stramineo-spadicea, odoris fragrantis subnarcotici, gravis, saporis peramari inhaerentis. Flor. Dan. Tab. 1239.

LYCOPODIUM. Jordmos; Ulvefod; Lusegræs; Kraakestiig; Kraakefod; Soenkraakefod; Ræverever. Bärlapp; Streupulvermoos.

Lycopodii clavati, Linn. Cl. XXIV. ord. Musc., in montosis et silvosis reperiundi, SEMEN vel potius Pollen subtilissimum, coloris flavi. Odorem et saporem habet nullum; instar cerae ad flammam ardet et quasi fulgurat, aquam autem respuit. Flor. Dan. Tab. 126.

MAGNESIA SULPHURICA. Vid. *Sal anglicanum*.

MAGNESIA VITRIARIORUM. Vid. *Magnesium oxydatum nativum*.

MAGNESIUM OXYDATUM NATIVUM; MAGNESIA VITRIARIORUM. Brunsteen. Braunstein.

Metallum magna cum qvantitate oxygenii unitum, cinereo nigrescens, inquinans, in vase clauso ignitum gas oxygenium largiens. Rejiciendum illud, quod ferrum carbonicum aliaque heterogenea admixta habet.

MAJORANA. Mairan; Merian. Majoran.

Origani Majoranae, Linn. Cl. XV. ord. Gymnosp., HERBA annua in hortis culta; foliis ovatis obtusis ex viridi albicantibus; odoris fragrantis fortis; saporis aromatici, subamaricantis.

MALICORIUM. Vid. *Granatus*.

MALTHUM. Malt. Malz.

Hordei vulgaris, distichonis, hexastichonis, Linn. Cl. III. ord. Digyn., SEMINA post primam germinationem siccata.

MALVA. Katteost. Käsepappeln.

Malvae rotundifoliae v. *sylvestris*, Linn. Cl. XV. ord. Polyandr., FOLIA. Planta annua ubique ad vias, sepes, in locis ruderatis proveniens. Odoris nullius; saporis mucilaginosi: mense Majo colligenda, non multum adulta. Flor. Dan. Tab. 721 et 1223.

MANNA. Manna. Manna.

Fraxini orni varietatis rotundifoliae, Linn. Cl. XXIII. ord. Dioec., dum junior est aut LACRYMA sponte stillans, aut succus ex arbore vulnerata elicitus, gummoso melleus; maximam partem e Calabria ac Sicilia advectus. Multa circa Mannam fraudulenter aguntur. Laudatur vulgo cannulata (en Marons) reliquisque jure praefertur. Sed in ipsa Mannae patria rarior et pretiosa est, et quae nobis sub hoc titulo obtruditur, factitia esse solet, e Manna sordida exoleta, Amylo, Saccharo et Scammonio in varias formas efficta. Ejusdem farinae venditur tabulata, quae e variis compacta non nisi pondere majore a sincera dignoscitur, et merito repudiatur. Rejiciatur itidem omnis Manna in glebis majoribus iisque sordidis allata; nec non, quae crassitudinis melleae (Manne grasse) aut impura est, pinguis, tenax, coloris rufi fusci (Manne rousse). Adulteratur enim variis supra dictis, Melle, Glauberi sale, variis succis purgantibus Tithymali vel Esulae speciebus, quibus Manna inprimis Brigantina (Manna de Briançon) scatere dicitur, quae, si sincera, lacryma est Laricis, Mannae aemula, virtutis laxantis. Eligatur autem, si non Bombycina alba, dura et in vermium figuram contorta sed rarior, certe Mastichina, in granulis lacrymis aut grumis majoribus minoribusque (Manne en larmes) pallide lutei coloris, allata. Sit vero recens, diffracta pauxillum mannae liquidae mellis instar exsudans, levis, pura, parum pellucida, ab attactu in grumos minores dissiliens, non tenax aut sequax; saporis dulcis subacrescentis specifici, absque odore; super linguam plane deliquescens. Sicco calidoque servetur loco, in humidis enim diffluit in laticem ingratum inertem.

MARCASITA. Vid. *Bismuthum*.

MARRUBIUM. Marrube. Andorn.

Marrubii vulgaris, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnosp., HERBA in ruderatis proveniens. Caulis erectus, tetragonus, albido-tomentosus. Folia opposita, subrotunda, rugosa, pubescentia, profunde crenata, obtusa. Odor fragrans, subvinosus; sapor amarus, inhaerens. Flor. Dan. Tab. 1036.

MASTIX. Mastix. Mastix.

Pistaciae Lentisci, Linn. Cl. XXII. ord. Pentandr., cicuris et ferae, in Europae australi et Archipelagi insulis crescentis, in Chio praecipue cultae LACRYMA, e sauciato cortice stillans, resinosa. Eliguntur grana, coloris albi, citrini, pellucida, fragrantia, splendentia. Dentibus tentata Mastix fragilis est, cerae instar lentescit, et pressione in pastam compingitur. In terram stillans resina sordes contrahit, unde his abundantes grumi, (Mastix infortis dicti) merito rejiciuntur, aut saltem puriora ex his frusta studiose seliguntur. Suspecta pariter est, quae in sic dictis panibus affertur, cum ex vulgari impura, aqua bulliente ut candidior fiat, soluta conpingatur. Addunt etiam verae Mastichi, quam Masculam incolae vocant, Foemininam, quae est lacryma Pistaciae verae et Terebinthi opaca, viscosa, Terebinthinae non absimilis. Haec cum vera Mastiche confusa, siccos externa specie panes refert, qui vero diffracti, non perspicuis particulis, viscosa indole, et mollitie fraudem patefaciunt.

MATRICARIA. Matrum. Mutterkraut.

Matricarae Parthenii, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. superfl., HERBA cum FLORIBUS, in ruderatis et cultis crescens. Caulis erectus, bipedalis, striato-angulatus, glaber, ramosus. Folia alterna petiolata, pinnatifida; pinnis suboppositis, ovato-oblongis, inciso-serratis. Flores corymbosi, terminales, compositi radiati: radio albo, disco flavo. Odor fragrans, graviusculus, in Chamomillam et Tanacetum incidens; sapor amaricans, aromaticus, calidiusculus. Flor. Dan. Tab. 674.

MEL. Honning. Honig.

Apis melliferae Linn., e nectario et polline florum PRODUCTUM resi-

noſo mucilaginoſum, ſpiſſioris conſiſtentiae, tum album, tum pallide flaveſcens vel etiam ſaturatius; odoris grati, ſaporis dulciſſimi. Praeter plantarum, e quibus mel colligitur, diverſitatem, unde ſalubritas, odoris ſaporisque differentia pendet, adhuc magnum ratione coloris, conſiſtentiae, puritatis, bonitatis diſcrimen patitur. Optimum eſt virgineum (Jomfruehonning, Jungfernhonig) nulla adhibita arte, e favis juniorum apium diffractis, craticulae impoſitis, deſtillans. Delicatius deprehenditur mel Narbonenſe, ubi Rosmarinus aliaeque nobiliores plantae occurrunt. Deterius eſt expreſſum, ceram redolens, deterrimum elutum coctum. Adulteratum farina, magis albidum eſt, vix odorum, glutinoſum: conſiſtentia, color, odor, ſapor aliarum fraudum criteria ſunt. *Mel deſpumatum* (klaret Honning, geläuterter Honig) in vaſe fictili, moderato calore, lente parandum eſt.

MELAMPODIUM. Vid. *Helleborus niger.*

MELILOTUS. Amur; Meloten; Steenklover. Steinklee. Meleloten.

Trifolii Meliloti officinalis, Linn. Cl. XVI. ord. Decandr., COMA, in campeſtribus habitans, floribus ſive albis ſive luteis, menſe Julio colligenda. Odor ſiccae longe fragrantior, quam recentis; ſapor ſubamarus, herbaceus. Flor. Dan. Tab. 934.

MELISSA CITRATA. Citron-Meliſſe; Citron-Hiertensfryd. Citron-Meliſſe.

Meliſſae officinalis, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnoſp., HERBA junior et antequam verticillos florentes emittat, colligenda, in hortis culta. Odorem recens et ſicca fragrantem, fere flavedini corticis citri ſimilem; ſaporem ſicca acrem, aromaticum habet.

MELO. Melon. Melone.

Cucumeris Melonis, Linn. Cl. XXI. ord. Syngeneſ., SEMEN, in hortis colitur, menſe Julio et Auguſto matureſcit. Sunt ovata, oblonga absque odore, et ſapore dulciuſcula.

MENTHA CRISPA. Krusemynte. Krausemünze.

Menthae crispae, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnosp., HERBA, colligenda antequam spicam florentem protrudat. In hortis provenit; odorem recens ac sicca fragrantem habet, fortem non admodum gratum, spirituosum; saporem calidum aromaticum, cum levi amaritie.

MENTHA PIPERITA. Pebermynte. Pfeffermünze.

Menthae Piperitae, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnosp., HERBA, in hortis culta. Odorem sicca et recens fragrantem, spirituosum, subcamphoratum habet; saporem recens aromaticum, fervidum, camphoraceum, linguam calefacientem, subsequente sensu frigidiusculo; sicca fortiorem.

MERCURIUS; ARGENTUM VIVUM; HYDRARGYRUM. Qviksølv. Quicksilber.

Hydrargyrum virgineum est metallum fluidum, in summo frigoris gradu solidescens, malleabile, coloris splendidi argentei, valde ponderosum et in igne mediocri totum evaporans. Purum et adulterationis non suspectum, facillime globulis exacte rotundis, levissime iterum coëuntibus currens in charta, in cursu nihil relinquens impuri, acetum minime dulcificans, vel plumbeas particulas per reagentia detegendas minime prodens, per corium expressum fere nihil impuri sive pulverulenti reliquens dignoscitur. Invenitur sive nativum, Mercurius virgineus dictus, sive sulphure in Cinnabarim versus, in quem ubi vertitur, pro variis quibus inhaeret terris, varias mineras efformat. Sit purum, nullo alio metallo inquinatum, quod deflagratione in Cochleari ferreo supra carbones detegitur, ubi avolat mercurius, relicto metallo admisto. Cujus superficies non nitet, sed fusca et quasi membranula obducta apparet, tardius et globulis quasi caudatis currens, nigra vel cinerea vestigia relinquens, adulteratus est. Sapor dulcis aceti cum mercurio digesti, et color obscurus ex admisto liquore vini probatorio Hahnemanni, denotat depravationem cum plumbo: acidum nitricum mercurio affusum, Stannum commistum in oxydum album corrodit. Bismutho inquinatus, in aqua forti pura

ſolutus mercurius, affuſa aqua deſtillata, albo praecipitatur colore, quod praecipitatum eſt oxydum Bismuthi. Pro uſu medico optime inſtituitur revivificatio mercurii via humida, coctione cum ferro in aquae ſufficienti quantitate, e ſublimato corroſivo albo. Ex Idria, Hiſpania, India orientali et Palatinatu obtinetur.

MEZEREUM. Kielderhals; Tisbaſt; Kiusbaſt. Kellerhals; Seydelbaſt.

Daphnes Mezerei et *Daphnes Laureolae*, Linn. Cl. VIII. ord. Monogyn., CORTEX tenuis ſtriatus, ſubluteus, epidermide ex viridi fuſca ſuperinductus, intus videſcens. Saporis peracris urentis: odoris nullius. Fruticis Hiſpaniae, Galliae et Germaniae meridionalis, nobis hortenſis.

MILLEFOLIUM. Rollike; Harhons; Barbek; Jordhumle. Schaafgarbe; Rölk.

Achilleae millefolii, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. ſuperfl., HERBA cum floribus, per campos et in paſcuis vulgaris; odoris ſubaromatici, balſamici; saporis ſubadſtringentis, amaricantis; menſe Julio colligenda. Flor. Dan. Tab. 737.

MINIUM. Monnie. Mennich; Rother Mennich.

Praeparatum plumbi, ſeu plumbum uſtione in oxydum rubrum converſum, valde ponderoſum ſqvamulisque minutiſſimis nitidis conſpicuum. Purum carboni impoſitum, ope tubi ferruminatorii prorſus in globulum metallicum redigitur. Saporem dulceſcentem habet.

MORUS. Morbærtræe. Maulbeerbaum.

Mori nigrae, Linn. Cl. XXI. ord. Pentandr., BACCAE compoſitae, in hortis cultae; odoris vix ullius, ſaporis acido dulcis.

MOSCHATA NUX; MYRISTICA NUX. Muſkatnod. Moschaten-Nuß.

Myriſticae Moſchatae, Linn. Cl. XXI. ord. Polyandr.? NUCLEUS, ex inſulis oceani indici advectus. Nux rotunda vulgo foemina, praeſtat oblongae vulgo mari, non adeo efficaci. Sit grandis, ponderoſa, extus e murino fuſca,

intus e fufco et rufo variegata, fragrans admodum et faporis aromatici, fubpinguis, linguam blande pungentis et os grato calore replentis; acu puncta multum olei exfudans. Rejiciatur cariofa et vilior fpecies, Rúmpfe Germanis vocata.

Ejusdem OLEUM expreffum, ex Indiis allatum, fragrantiffimum, confiftentiae melleae, coloris ex aureo cinnamomei. Rejiciatur durum, pallide coloratum, non admodum fragrans, varia pinguedine interpolatum. Vid. Pars II.

Flores MACIS. Muſkatblommer. Moſchatenblumen.

Super nucleum expanfus CORTEX interior, reticularis laciniatus. Sit recens, tenax, pinguis, fragrans, coloris nitide e cinnamomeo aurei, magnis fruftis et laciniis confpicuus; odoris fortis, balfamici; faporis calidi, aromatico-amaricantis, grati. In infula moluccenfi Banda, arbor reperitur. Qui e laciniis parvis compofitus, fragilis eft, albicans aut dilutius flavefcens, rejiciatur.

MOSCHUS. Desmer. Biſam.

Subftantia animalis febacea, unctuofa, in folliculo ad umbilicum animalis fito, collectus. Optimus, rarus vero eft Tunquinus, veficam magnitudinis ovi columbini replens, inftructam cute, pilis radiatis ex albo fubfufcis obfita. Ordine bonitatis fuccedit e Bengalia et Agria allatus: peffimus eft Mofcoviticus, Cabardinus five Tabargus, odore et efficacia debiliore, folliculo pilis albicantibus obfito, notabilis. Optima fpecies Mofchi adfertur in veficis tenuibus, rotundis, magnitudinis ovi columbini, crinibus rufis brevibus tectis, integre repletis. Mofchus ipfe ficcus eft, parum unctuofus, obfcure rubri, rufi aut e ferrugineo nigricantis coloris, in parvis rotundis granis, perpaucis duris nigris fruftulis intermixtus, fine ulla aut fabuli aut aliarum fubftantiarum admiftione. Manducata aut cultro abrafa fruftula, particulis quafi refinofis micantia, flavefcunt; faporem amaricantem, odoremque fragrantem produnt; et lamina candente impofita tota evaporant, relicto cineris

grysei pauxillo. Adulteratus enim est Moschus, qui aliquid carbonis instar adustum relinquit.

MUSCUS ISLANDICUS. Vid. *Lichen islandicus.*

MYRISTICA NUX. Vid. *Moschata.*

MYRRHA s. GUMMI MYRRHAE. Myrrha. Myrrha.

Arboris nondum cognitae in Aethiopia et Abyssinia habitantis, GUMMI RESINA. Laudant Stactem, sive sponte exsudantem, quae vero rarissime, si unquam occurrit. Optima est, quae in Granis sive Lacrymis adfertur. Eligatur vero pura, fulva aut e fulvo ferruginea, spiritu adflato magis rubescens, levis, fragilis, tactu pinguis, pellucidula, splendens, fracta strias semicirculares, albas, caesias exhibens, in ore omnis fere deliquescens, odoris validi specifici, non adeo ingrati; saporis multum amari, aromatici. Rejiciatur fusca, nigra, tenax, tota resinosa, albicans, impura, et odore nauseoso praedita.

NASTURTIUM AQUATICUM. Bandkarse. Brunnenkresse.

Sisymbrii Nasturtii aquatici, Linn. Cl. XV. ord. Siliquos., HERBA biennis, crescens ad rivos et fontes spontanea. Odoris, si recens teratur, volatilis, proprii; saporis subamaricantis leviter acriusculi. Flor. Dan. Tab. 690.

NATRUM CARBONICUM. Vid. *Soda.*

NATRUM MURIATICUM. Vid. *Sal Gemmae.*

NICOTIANA. Vid. *Tabacum.*

NITRUM CRUDUM; KALI NITRICUM. Salpeter. Salpeter.

Nitrum nativum, SAL NEUTER ex acido nitri et Kali constans, ex propriis terris peculiari ratione excoctum, depuratum, Crystallos prismaticos hexaëdros efformans. Eligatur purum, album, crystallos longos exhibens, in manu clausa crepitationis sonum edens, carbonibus ignitis inspersum absque crepitatione cum obliqua et rubra flamma et strepitu prompte deflagrans, atque in aqua, maxime calida, facile solubile; saporis acris amaricantis, refrigerantis, quale ex India orientali nativum adfertur. In nitrariis nostris

quoque gignitur. Terram calcaream, Kali muriaticum et Magnesiam muriaticam, plerumque continet nondum depuratum.

NUX VOMICA. Kraandsoine. Krähenaugen; Kranzaugen.

Strychnos nucis vomicae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., NUCLEUS, compresse ovatus, tenax, cinereus, corneae duritiei, villis ex cinereo splendentibus obsitus, saporis summe amari. Ex Malabaria advehitur.

OLEUUM ASPHALTI. Vid. *Asphaltum*.

OLEUM de CEDRO. Vid. *Citrus*.

OLEUM JUNIPERI. Vid. *Juniperus*.

OLEUM LAURI. Vid. *Laurus*.

OLEUM PETRAE ALBUM. Vid. *Petroleum album*.

OLEUM RICINI. Vid. *Cataputia major*.

OLEUM TEREBINTHINAE. Vid. *Terebinthina*.

OLIBANUM; THUS. Virak. Weihrauch.

Juniperi Thuriferae v. *Juniperi Lyciae*, Linn. Cl. XXII. ord. Monandr., RESINA, ex Oriente vel Aegypto advecta, ex albo sublutea, semipellucida, dente tentata friabilis, deinde lenta, sequax, non tamen uti Mastix in pastam conglutinata; odoris fragrantis, saporis amari non ingrati; super ignem non liquescens, sed cum luculenta flamma deflagrans. Opacum, rufum, impurum, ramentis corticosis et quisquiliis intermixtum, rejiciatur. Adulteratur resina Pini et Laricis, inprimis lacryma Pini Piceae, quae Thus vulgare vocatur. Est vero haec coloris e flavo et ruso variegati; saporis amari non adeo grati, et super ignem explorata, Terebinthinam redolet.

OLIVARUM OLEUM. Bomolie. Baumöl.

Olei Europaeae, Linn. Cl. II. ord. Monogyn., in Europa australi cultae, e fructibus expressum OLEUM UNGUINOSUM. Praestat e Lusitania, Italia et Gallo-provincia allatum, ex albo leviter viridescens, sine amurca, absque sapore aut salso, aut rancido, et dum recens est inodorum. Frigore in massam penitus albam coit, et quo citius hoc facit, eo praestantius.

Quod secunda obtinetur expressione, magis flavescit, et cum sordibus mucilaginosi quid praecipitat, unde facilius rancescit.

Ononis spinosa. Kragetorn; Hestegilding; Langsienderod. Hauhechel.

Ononidis spinosae nec non *Ononidis arvensis*, Linn. Cl. XVII. ord. Decandr., radix spithamea, pedalis vel ultra, crassitie pennae cygneae, digiti vel pollicis; fibrillosa, extus fusca, intus albida. Recentis odor Pisi siccati, sapor consimilis subamaricans; masticata admodum tenax. Ubique in arvis et campis invenitur. Flor. Dan. Tab. 783.

Opium. Opium; Valmuesaft. Mohnsaft.

Papaveris somniferi, Linn. Cl. XIII. ord. Monogyn., succus gummeo-resinosus. Primaria ex incisis Papaverum capitibus exsudans Lacryma, verum antiquorum opium, Affion inquilinis dictum, ac solis calore in massulas obscure fulvas rufasque coactum, ad nos non pervenit. Adfertur vero succus posthac expressus, aut e capitibus contusis coctus, et ignis ope in massas majores inspissatus, quem tamen ab admistis succis heterogeneis, affinis inprimis (Chelidonii glauci et corniculati) non plane immunem esse perhibent. Forma glebae aut panis foliis involuti, externe fusci, subinde pulli coloris advehitur. Thebaicum vulgo expostulatur Opium; sed perinde est qua patria gaudeat, Aegypto, India orientali, Persia, Anatolia, quae prae reliquis est papaverifera; modo sequentibus se commendet dotibus. Sit densum, ponderosum, coloris externe e fulvo, rufo, vel spadiceo fusci, fractum particulis splendentibus micans, comminutum coloris fulvi, digito diutius tractatum pauxillum tenax, purum; odoris validi, tetri, virosi; saporis amari, acris, fervoris aliquo sensu fauces adurentis; prompte flammam concipiens; omnino fere aqua solubile et rubicundam exhibens tincturam. Quod variis vegetabilium fragmentis, sabulo et quisquiliis scatet, colorem obsolete pullum, aut e murino pullum exhibet, et odoris adusti vel exigui est atque friabile, rejiciatur. Extractum totius plantae Meconium antiquorum fuisse dicitur. Quod e Bengalia et America adfertur rejiciatur.

OPOPANAX. Panaxgummi. Panaxgummi.

Pastinacae Opopanacis, Linn. Cl. V. ord. Digyn., GUMMI RESINA granulosa, rufo-lutescens, intus pallidior; odoris gravis, nauseosi; saporis subamaricantis nauseosi, plerumque in glebulis nucis Avellanae vel Juglandis magnitudinis conglutinata. Rejiciantur glebae fuscae, nigrae, multis quisquiliis commixtae. Adfertur praesertim ex Asia nec non ex Europa australi.

ORIGANUM. Vild Mairan; Tostkonning; Rospons Skaarekonge; Bergkonge; Bergmynte; Skovmynte; Skarmynte; Klevhumle; Vildmynte. Brauner Dosten; Wintermajoran.

Origani vulgaris, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnosp., HERBA cum floribus, in dumetis crescens, mense Julio colligenda. Odorem habet tam sicca quam recens fragrantem, ad Majoranam accedentem; saporem acrem aromaticum. Flor. Dan. Tab. 638.

OVA GALLINAE. Honseæg. Hünereyer.

Phasiani Galli, Linn. Cl. II. ovi Gallinae ALBUMEN. Saporis fatui, gelatinosi.

Ejusdem VITELLUS. Pars flava ovi, saporis gelatinosi.

OXYCOCCOS. Tranebær. Moosbeeren.

Vaccinii Oxycocci, Linn. Cl. VIII. ord. Monogyn., BACCAE sphaericae, laeves, eleganter coccineae. Odor nullus; sapor acidulus substypticus. Planta in paludibus ubique proveniens. Flor. Dan. Tab. 80.

PAPAVER ALBUM. Hvid Valmue. Weisser Mohn; Mohnsaamen.

Papaveris somniferi, Linn. Cl. XIII. ord. Monogyn., SEMEN, varietate album, globosum, minimum, reniforme, oleo dulci repletum.

PASSULAE MAJORES. Rosiner. Rosinen.

Vitis viniferae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., UVAE, solem passae et siccatae. Eligantur longae, pauca continentes semina, torosae, pingues, tenera cuticula tectae, lumini admotae pauxillum pellucidae, in fictilibus sub

denominatione Potrosiner allatae. Damascenae et Syriacae praestant prae Hispanicis et Italicis. Saporem habent subacidulo dulcem.

PASSULAE MINORES; CORINTHIACAE. Corender. Kleine Rosinen; Corinthen.

Vitis apyrenae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FRUCTUS. Uvae maturae et siccatae, magnitudine seminis Pisi, subrotundae, rugosae, molles, subsaccharatae, undique lucidiusculae, fuscae; parenchymate pulposo. Odor vix ullus. Sapor dulce-acidulus. Frutex in variis Insulis Maris mediterranei proveniens.

PECHURIM s. PECURIM-FABA; PECAIRO. Pichurimbonne. Pichurimbohne; Brasilianische Bohne.

Lauri Pechurim? Linn. Cl. IX. ord. Monogyn., FRUCTUS. Amygdalae majoris per longitudinem dissectae et excavatae, similitudinem referens; coloris nigricantis, tenui epidermide tectus, longitudinis unius, latitudinis dimidii pollicis; intus coloris fusci instar nucis Moschatae; odoris et saporis ex nucis Moschatae et ligni Sassafras mixti. Expressione spissum et album oleum, odoris Sassafras largitur. Ex Brasilia et Paraguai adfertur. Spuria faba Pechurim verae substituitur, longe majoris magnitudinis: extus est rugosa et pallidior, intus vero obscurioris coloris, uti et durior atque amarior, sed minus aromatica, adeoque est rejicienda.

PETROLEUM ALBUM; OLEUM PETRAE ALBUM. Hvid Steenolie; Peterolie. Weisses Stein- oder Bergöl.

Bitumen Petroleum est bitumen liquidum levissimum et fluidissimum, Naphta dictum, e terra aut rimis saxorum exsudans, aquae et spiritubus, si purum sit, supernatans, facillime inflammabile, celerrime avolans, cum flamma ex flavo coerulescente, et spisso multum fuliginis deponente fumo ardens, in aethere aliisque, non autem in spiritu vini et aqua solubile. Odoris et saporis est penetrantis, haud ingrate aromatici, Oleo Succini rectificato similis. Adfertur ex insula Sumatra, Persia et ducatu Modenensi, sed rarissimum est.

PETROSELINUM. Persille. Petersilien.

Apii Petroselini, Linn. Cl. V. ord. Digyn., SEMEN recens, viride, oblongum, ſtriatum, parvum, graveolens, odoris et ſaporis calidi et aromatici. Sufficit noſtras, et recens praeſtat prae vetuſto Petroſelini Macedonici (Bubonis Macedonici) ſemine.

PHELLANDRIUM; FOENICULUM AQUATICUM. Vandfennikel. Waſſerfennikel; Peerſaat.

Phellandrii aquatici, Linn. Cl. V. ord. Digyn., SEMEN oblongum, ſtriatum, odoris gravis ingrati, ſaporis aromatici, acris, medium inter Angelicam et Leviſticum tenentis. Planta biennis, in foſſis, ad lacos haud infrequens. Flor. Dan. Tab. 1154.

PIMPINELLA ALBA. Qvæſeurt; Biergroed; Pimpinelle. Bibenell.

Pimpinellae ſaxifragae, Linn. Cl. V. ord. Digyn., RADIX perennis, tenuis, fibras minores maxime e capite craſſiore emittens; coloris extus pallide flaveſcentis, intus albicantis; odorem habet recens Radix fragrantem, ſternutationem facile inducentem, ſaporem intenſe acrem, calidum; in ſiccis, ſabuloſis ac ſaxoſis affatim germinans. Eligatur recens, tenax, ſaporis eximie pungentis. Inertior eſt quae in pratis humidisque creſcit locis. Flor. Dan. Tab. 669.

PIPER INDICUM V. HISPANICUM. Spanſk Peber. Spaniſcher, Indiſcher oder Türkiſcher Pfeffer.

Capſici annui, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FRUCTUS, bacca exſucca plerumque turbinata, ſubincurva, coccineo rubra, nitida. Semina minuta utrinque compreſſa, glabra, pallida, ſapore acerrimo pungente diu inhaerente, ex America meridionali allata.

PIPER NIGRUM. Sort Peber. Schwarzer Pfeffer.

Piperis nigri, Linn. Cl. II. ord. Trigyn., Sirium Rumphio dicti, BACCAE monoſpermae. Eligantur grana magna, compacta, ponderoſa, non

rugosa. Aliquem odorem specificum, et vehementer calidum vel igneum saporem habent. Est immatura et viridis bacca, cujus color sub exsiccatione obscuratur, cum e contra *Piper album* sit bacca plane matura et cortice spoliata.

PIX LIQUIDA. Vid. *Terebinthina.*

PIX SOLIDA. Vid. *Terebinthina.*

PLUMBUM. Blye. Bley.

Plumbum, metallum ex albo coerulescens, ductile, molle, via sicca oxygenium facile attrahens, et acido acetico nuptum sapore subdulci praeditum.

PLUMBUM CARBONICUM. Vid. *Cerussa alba.*

PLUMBUM OXYDATUM. Vid. *Lithargyrium.*

POLYGALA AMARA. Korsblomster. Kreuzblumen.

Polygalae amarae, Linn. Cl. XVII. ord. Octandr., PLANTA perennis, in regionibus australibus crescens. Odor nullus; sapor amaricans, acidulus, mucilagineus.

Ejusdem RADIX. Odoris et saporis ejusdem, nisi quod sapor in radice emineat. Flor. Dan. Tab. 1169.

POLYPODIUM. Engelsødt; Eegebregne; Mariebregne; Steensøte; Sysselroet; Heilsota. Engelsüß.

Polypodii vulgaris, Linn. Cl. XXIV. ord. Filic., RADIX, in silvis et ad muros antiquos frequens, perennis, fibrosa, geniculata, ad radices quercuum et in rudetis locisque siccis germinans; extus e spadiceo fusca, intus obsolete viridis; compagis tenacis; odoris nullius; saporis praedulcis, remissioris quam Liquiritiae. Flor. Dan. Tab. 1060.

POPULUS. Poppelpiil. Pappelbaum.

Populi nigrae, Linn. Cl. XXII. ord. Octandr., OCULI. Gemmae nondum evolutae, succo flavescente balsamico turgidae, odoris fragrantis, saporis amari, Aprili mense decerptae. Praestant recentes.

PRUNA. Blommer. Pflaumen.

Pruni domesticae, Linn. Cl. XII. ord. Monogyn., DRUPAE siccatae, torosae et carnosae, sine ingrato a fumigatione odore. Pulpam acido-dulcescentem largiuntur.

PRUNEOLA. Bruneller. Prunellen.

Pruni Brignolensis, Linn. Cl. XII. ord. Monogyn., DRUPAE. A nuce separatur caro. Sint recentia, semipellucida, coloris e buxeo spadicei, mollia, humidula; odoris debilis; saporis acidulo dulcescentis. Afferuntur e Gallo-provincia.

PTARMICA. Hvid Regnfan. Weisser Bertram; Weisser Reinfarren; Wiesendragun.

Achilleae Ptarmicae, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. superfl., RADIX. Planta perennis, in pratis subhumidis crescens, lignosa, capillata, inodora; saporis acris ad radicem Pyrethri accedens. Flor. Dan. Tab. 643.

PULSATILLA NIGRICANS. Sort Koebielde. Schwarze Küchenschelle.

Anemomes pratensis, Linn. Cl. XIII. ord. Polygyn., PLANTA perennis vernalis, in sterilibus campis crescens; odoris vix ullius; saporis acris, inhaerentis, masticando linguam corrodentis. Flor. Dan. Tab. 611.

QUASSIA. Vestindisk Bittertræe; Qvassietræe; Qvassiebark. Surinamisches Bitterholz; Westindisch Bitterholz; Quassienholz.

Picramiae excelsae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., LIGNUM subalbidum, compactum et valde amarum, praecipue Radicis. Arbor in insulis Antillis ad oras fluviorum crescens. Nullius est odoris; saporis autem intense amari, praesertim in cortice radicis.

QUERCUS. Egetræe. Eichenbaum.

Quercus roboris, Linn. Cl. XXI. ord. Polyandr., FOLIA tenella. Arbor ad nostrates pertinet; saporem acerbum stypticum habet.

Ejusdem CORTEX sit extus cinereus, hinc inde albescente musco obsi-

tus, intus autem ex albo flavescens, a siccatione fuscus evadens. Odorem satis notum habet, et saporem adstringentem amarumque.

GLANDES Quercus. Hujus arboris fructus maturi absque cupula. Nux ovalis cupula triplo longior; testa pergamena, laevis, nitidiuscula, fragilis, coloris straminei; nucleo extus rugoso, bipartibili, solido, pallido. Odor nullus; sapor acerbus stypticus.

RAPHANI OLEUM. Roe-Olie. Rüb-Oel.

Brassicae Rappae, Linn. Cl. XV. ord. Siliquos., OLEUM e seminibus expressum, recens non rancidum.

RAPHANUS RUSTICANUS. Vid. *Armoracia.*

RESINA COMMUNIS. Vid. *Terebinthina.*

RESINA ELASTICA; CAOUTCHOUC. Elastisk Harpix. Lederharz; Elastisches Harz; Federharz.

Jatrophae elasticae vel aliarum arborum Indiae occidentalis, RESINA, obscure spadicea vel lutea, opaca vel pellucida, mollis, elastica; odoris nullius; saporis debilis, facillime et plane in aethere sulphurico solvenda.

RESINA GUAJACI. Vid. *Guajacum.*

RESINA JUNIPERI. Vid. *Sandarach.*

RHABARBARUM; RHEUM. Rhabarber. Rhabarber.

Rhei palmati, Linn. Cl. IX. ord. Trigyn., RADIX tuberosa, cum duritie aliqua fragilis, levis, probe sicca, externe dilute lutea, digitum flavedine non inficiens, interne dilute crocea cum albis et rubellis venulis, nucis Moschatae instar. Eligatur variegata, ex Asia advecta. Odorem habet sicca gravem, specificum, subnauseosum; saporem amaricantem, subnauseosum, subacrem, cum adstrictionis aliquo sensu, salivam flavedine tingentem. Quae ex China adfertur, est RADIX *Rhei undulati* Linn.

RHAMNUS CATHARCTICUS; SPINAE CERVINAE BACCAE. Korsbær; Vrietorn; Viebær; Hiortebær; Jeitelbær. Kreutzbeeren; Weichsdornbeeren.

Rhamni catharctici, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., BACCAE, femine triangulari et fucco e purpureo viridefcente, ab aliis baccis admixtis diftinguendae. Odoris recentium baccarum, Padi fimilis; faporis primum dulcefcentis naufeofi, odori congrui, deinde fubftyptici. For. Dan. Tab. 850.

RHEUM. Vid. *Rhabarbarum.*

RIBESIA NIGRA. Soelbær. Gichtbeeren.

Ribium nigrarum, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FOLIA, tenera, fubcordata, trilobata, fubtus punctis elevatis, luteis, afperfa; odore fragrante peculiari, odorem lotii felis haud male referente; fapore fubauftero.

BACCAE ejusdem nigrae, odoris debilioris ac faporis dulcefcentis acidulofubfalfi. Flor. Dan. Tab. 556.

RIBESIA RUBRA. Rode Ribs. Rothe Johannisbeeren.

Ribis rubrae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., BACCAE. Odoris vix ullius; faporis fubvinofi, dulcefcentis aciduli, globofae, rubrae, fubdiaphanae.

RICINUS VULGARIS. Vid. *Cataputia major.*

ROSA INCARNATA. Rod Rofe; Fyldrofe. Rothe Rofen.

Rofae centifoliae, Linn. Cl. XII. ord. Polygyn., FLORES. Petala pallide rubentia, odoris gratiffimi et faporis fubadftringentis, evitatione ftaminum, germinum atque calycum, ante plenam evolutionem colligantur.

ROSA RUBRA. Edikerofe. Effigrofe.

Rofae Damafcenae, Linn. Cl. XII. ord. Polygyn., PETALA, ex fufco rubentia, odoris grati, faporis adftringentis. Rejiciantur ftamina, germina, uti etiam folia calycina.

ROSMARINUS. Rosmarin. Rosmarin.

Rosmarini officinalis, Linn. Cl. II. ord. Monogyn., HERBA; odoris fragrantis, fortis; faporis calidi, acris, camphoracei.

Ejusdem FLORES.

ROSMARINUS SYLVESTRIS. Vild Rosmarin. Wilder Rosmarin; Heydebienenkraut; Poft.

Ledi palustris, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., FOLIA, in paludibus uliginosis provenientia, mense Junio colligenda; odorem habent gravem, subaromaticum, saporem subamarum, subadstringentem. Flor. Dan. Tab. 1031.

RUBIA TINCTORUM. Krap. Kreppe; Färberröthe.

Rubiae tinctorum, Linn. Cl. IV. ord. Monogyn., RADIX perennis, repens, geniculata, recens, non nigra aut maculis intersperfa, sed eleganter et dilute rubens, atque, quantum fieri potest, a parenchymate lignoso liberata. Odor contusae fere incidens in corticem Sorbi; sapor subamarus.

RUBI CHAMAEMORI BACCAE. Multebær; Myrebær; Laamanak; Latoch; Laddoch. Pautkenbeeren.

Rubi Chamaemori, Linn. Cl. XII. ord. Polygyn., FRUCTUS, e Norvagia advecti. Odoris vix ullius; saporis aciduli. Flor. Dan. Tab. 1.

RUBUS IDAEUS. Himbær; Hindbær; Bryngebær. Himbeeren; Hindbeeren; Hohlbeeren.

Rubi Idaei, Linn. Cl. XII. ord. Polygyn., BACCAE rubrae vel pallide luteae, conico hemisphaericae, ex acinis succulentis subrotundis, monospermis, serie triplici vel quadruplici annulari dispositis, constructae; odore fragrante, svaveolente, gratissimo; sapore grate acidulo, odori congruente. Flor. Dan. Tab. 788.

RUTA. Rude. Raute; Weinraute.

Rutae graveolentis, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., HERBA, in hortis culta; odorem habet fortem, gravem, neque tamen ingratum; saporem amarum, gravem, acrem. Uterque in siccata herba debilior. Recens inprimis adhibenda.

SABADILLA. Sabadillekorn. Sabadillkörner; Mexicanischer Lausesaamen.

Veratri Sabadillae? Linn. Cl. XXIII. ord. Monoec., SEMEN oblongum, subcylindricum, figura et colore nigricante Muscerdam referens, propria

tunica obvelatum, e regno Mexicano allatum. Odor vix ullus, fed pulverifati vehemens errhinus; fapor capfulae ipfius nullus, feminum vero acerrimus, amariffimus, acrimonia diu inhaerente, etiam fi fauces aqua frigida probe eluantur, cum fenfu intermixto fubdulcis faporis.

SABINA. Sevenbom. Sadenbaum; Sewenbaum.

Juniperi Sabinae, Linn. Cl. XXII. ord. Monadelph., FOLIA, vel potius frondium apices, verno inprimis tempore collecti, ficcati. In hortis colitur. Odoris gravis, refinofi, ingrati; faporis amari, calidi.

SACCHARUM. Sukker. Zucker.

Sacchari officinalis, Linn. Cl. III. ord. Digyn., SAL effentiale, ex Indiis et America allatum. Crudum neque denuo depuratum, farinaceum, Puderfukker, Moscovade; repetita folutione, addita calce cryftallifatum, *Canarienfe*, Fiinfiin; in grandiores denique cryftallos redactum, *Candum flavum*, Sukker-Candis vocatur. Sal effentiale dulciffimum, fapidiffimum, folubile; folvitur in aqua, difficilius in vino, difficillime in fpiritu vini.

SACCHARUM LACTIS. Melkfukker. Milchzucker.

Seri lactis, quod fponte e lacte feceffit, SAL effentiale, ex Helvetia plerumque allatum, conftans cryftallis parvis, femipellucidis, aegre folubilibus, coloris lactei, faporis debilis facchari et terreftris. Advehitur in fruftis variae magnitudinis, fupra cryftallifatis, infra glabris, praeftans venali pulverato, faccharo communi intermixto.

SAGAPENUM. Sagapen-Gummi. Sagapen.

Ferulae? cujusdam GUMMI RESINA, in Media, Perfia, aliisque orientalibus regionibus proveniens. Eligatur granulatum, translucidum, extus fulvi aut rufi coloris, intus dilutioris; odoris fortis, ingrati, alliacei; faporis gravis, amaricantis, calidi et acris, ad Porrum accedentis. Rejiciantur glebae concretae et veluti fufae, coloris obfcuri, fordidi.

SAL ACETOSELLAE. Vid. *Acetofella.*

SAL ANGLICUM; SAL CATHARCTICUM; SAL EBSHAMENSE; MAGNESIA SULPHURATA ANGLICA. Engelsk Laxeersalt. Englisches Laxiersalz.

Est *sal medium terrestre*, e pura Magnesia et acido sulphurico constans. Elicitur e fonte Ebshamensi v. Seidlitzensi, vel ex ultimo salis marini lixivio. Crystallos habet teneros aciculares. Solubile est in triplo aquae purae. Saporem habet salsum amaricantem.

SAL GEMMAE; SAL CULINARE; NATRUM MURIATICUM. Steensalt. Steinsalz.

Muria fossilis pura, ex acido muriatico et natro constans, semipellucida, post longum satis tempus in aqua solubilis, dura, fortiter in igne crepitans, percussa in cubos minores, attamen regulares, dissiliens. Saporem habet salsum, sali communi perfecte similem. Coloris rubelli vel alius alieni rejiciatur.

SAL SEIDLICENSE. Seidlitzersalt. Seidlitzersalz.

Ex iisdem, quibus Anglicum, partibus constans, cum aliquo tamen proportionis discrimine. Eligatur album et crystallisatum.

SALAB; SALEB. Salab; Salaprod. Salapwurzel.

Orchidis morionis, militaris, maculatae, pyramidalis, latifoliae, Linn. Cl. XX. ord. Diandr., RADICES perennes, figurae ovalis vel palmatae, semipellucidae, coloris e griseo-albi. Odoris, dum recentes sunt, hircini; saporis vix ullius, bulbus masticatus mucilaginosus, fere insipidus. Orchis morio Flor. Dan. Tab. 253. maculata Tab. 933. latifolia Tab. 266.

SALIX. Piil. Weiden.

Salicis albae, pentandrae, fragilis, vitellinae, Linn. Cl. XXII. ord. Diandr., CORTEX levis; odoris balsamici et saporis adstringentis amari. Salix pentandra Flor. Dan. Tab. 943.

SALVIA. Salvie. Salbey.

Salviae officinalis, Linn. Cl. II. ord. Monogyn., FOLIA adultiora effica-

ciora. Planta perennis, hortenſis; odoris fortis, graviuſculi; ſaporis amaricantis, aromatici, calidi.

SAMBUCUS. Hyld. Hollunder; Flieder.

Sambuci nigrae, Linn. Cl. V. ord. Trigyn., CORTEX, verno tempore detrahendus, melior qui externum cinerei coloris ſequitur, viridis; odor recentis ingratus, viroſus; ſapor primum dulceſcens, deinde amaricans, acris, nauſeoſus. Arbor in Dania frequentiſſima.

Ejusdem FLORES odorem habent fortem, non ingratum, ſaporem amaricantem mucilaginoſum. Siccentur celerrime.

Ejusdem BACCAE, magnitudinis ſeminis Piſi minoris. Recentium odor debilior; ſapor acidulus. Succum virideſcentem, rubicundum, non ingratum largiuntur. Flor. Dan. Tab. 545.

SANDARACH; SANDARACA; GUMMI JUNIPERI. Enebær-Gummi. Wachholderharz; Firniß.

Juniperi vel *communis* vel *Oxycedri* (ſecundum Cl. Schousboe *Thujae articulatae*), Linn. Cl. XXII. ord. Monadelph., RESINA, ab ora Africae advecta. Eligantur grana pura, albicantia, ex albo citrina, ſplendida, pellucida, odoris grati, maſtigini; ſaporis debilis. In ſpiritu vini perfecte ſolvitur, ſed non in aqua; in oleo expreſſo ſolvitur imperfecte.

SANGUIS DRACONIS. Drageblod. Drachenblut.

Calami Rotang., Linn. Cl. VI. ord. Monogyn., RESINA, e fructibus exſudans, iisque ſuperinducta indureſcens, quae deinde calore emollita in baculos oblongo-compreſſos vel in globulos oviformes, magnitudine nucis Myriſticae formatur, qui ſingulatim concatenatimque arundine involuti, ex India orientali advehuntur. Genuina eſt fragilis, externe obſcure badia, interne dilutior, trita eleganter Kermeſina, fractura laevis, ſubgranuloſa, nitens, opaca, in fruſtis minoribus autem ſubdiaphana; odoris et ſaporis nullius. Carbonibus ignitis injecta liqueſcens, ebulliens, nigreſcens, odorem ſubſtoracinum ſpargens. Maſticata et in aqua inſolubilis; in ſpiritu vini

rectificato vero solvitur. Vilior est, quae decoctione e nucleis contusis extrahitur. Quae e variis resinis composita, sanguine hirci aut pigmentis terreis commixta, ligno brasiliensi aut Draconis resina tincta, et in tabulis vel in massis informibus redacta, rejicienda.

SANTONICUM. Vid. *Cina.*

SAPO ALICANTINUS. Spansk Sæbe. Spanische Seife.

Ex oleo olivarum atque lixivio, quod e binis Sodae, una calcis vivae partibus paratur, coctione inspissatus SAPO, maximam partem Marsiliae confectus. Sit albicans, durus, levis, digitos pinguedine non inquinans, neque ingrato rancidoque odore, corruptam pinguedinis adhibitae indolem prodens. Rejiciatur variegatus, nec unquam usibus internis inserviat, quippe Auripigmenti non exiguam quantitatem admixtam habens. Praestat vero Sapo Alicantinus prae Veneto.

SAPONARIA. Sæbeurt. Seifenkraut.

Saponariae officinalis, Linn. Cl. X. ord. Digyn., RADIX perennis, ramosa, geniculata, repens, ad rivos, fossas et in humidis habitans, verno tempore collecta. Saporis sit dulcis primum et glutinosi, deinde acris, amaricantis. Non confundatur cum radice Lychnidis Dioicae aut Cucubali Behen. Flor. Dan. Tab. 543.

SARSA; SARSAPARILLA. Sarsaparil. Sarsaparill.

Smilacis Sarsaparillae, Linn. Cl. XXII. ord. Diandr., RADICES tenues, longae, ex America australi advectae, parum rugosae; sub cortice ex rubello viridescente, materiam albam ramentosam, quae medullam ligneam cingit, continentes. Sapor farinosus est, vix amaricans, obvolvens. Durae fragiles, lignosae, farinaceae, rejiciantur.

SASSAFRAS. Sassafras. Fenchelholz.

Lauri Sassafras, Linn. Cl. IX. ord. Monogyn., LIGNUM cum CORTICE. Lignum sit obsolete rubrum, leve, spongiosum; odoris foeniculi, tectum, cortice ferrugineo aspero; saporis foeniculi, sed validioris. Prunis injectum

crepitet inſtar ſalis communis. Vis major ineſt fruſtis ramuſculorum, inprimis radicum parvarum dilutioris coloris, quam truncis majoribus. Advehitur ex America.

SCAMMONIUM. Skammonium. Scammonium.

Convolvuli Scammoniae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., SUCCUS gummoſo-reſinoſus, ex Oriente allatus. Eligendum Scammonium Aleppenſe, leve, ſpongioſum, friabile; e gilvo aut murino pullum cum ſplendore aliquo; in pulverem redactum ex albo cinereum; aqua aut ſaliva ſolutum, ex obſolete viridi aut cumatili lacteſcens; odoris ingrati, vinoſi; ſaporis acris, nauſeoſi. Rejiciatur Smyrnenſe e variis aliis Convolvuli ſpeciebus plantisque lacteſcentibus, Eſulae, Tithymaloides, Apocyni, Periplocae etc. ſobole coactum, impurius, gravius, nigricans, non adeo friabile, parum olidum. Sed neque Aleppenſe caſtum ſemper purumque, verum callidis artibus ita adulteratum adfertur, ut contracta labes cognoſci nequeat. Hoc ſolum ſcimus, nonnunquam interponi Scammonium Monspeliacum (Cynanchi Monspeliaci ſuccum lacteſcentem, coctione inſpiſſatum) paulo gravius magisque nigrum, ſed virtutis catharticae debilioris.

SCARABAEUS UNCTUOSUS MAJALIS. Oliebille. Maywurm; Maykäfer.

Meloë Proſcarabaeus, Linn. Cl. V. ord. Coleopter., corpore violaceo, in apricis campis habitans, vivus melli immerſus, capite detruncato.

SCORDIUM. Logurt. Lachenknoblauch.

Teucrii Scordii, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnoſp., HERBA, in paludoſis germinans, menſe Junio colligenda; odorem habet Allium cum levi Aromate ſpirantem; ſaporem intenſe amarum. Flor. Dan. Tab. 593.

SENEGA. Senega. Senega.

Polygalae Senegae, Linn. Cl. XVII. ord. Octandr., RADIX, ex America ſeptentrionali advecta, tenuis, fuſiformis, vertice nodoſo, criſta laterali acuta; ſaporis primo farinacei, mox ſubacidi, denique acris pungentis.

SENNA. Senne. Sennsblätter.

Caffiae Sennae, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., FOLIA, ex Arabia aut Alexandria advecta. Sint e luteo fubviridia, parva, fubovata, in apice multum acuminata, molliufcula tactu, non ingrate olentia; faporis fubacris amari, aliquantum naufeofi. Alexandrina folia funt optima, viridia cum fuffufo flavo. Impura, maculata, e rufo flava rejiciantur. Virtute ad Sennam Alexandrinam accedit, fed eam nullo modo aequat Senna Tripolitana, cujus folia elegantius funt viridia, non adeo acuminata, et digito tentanti fubhirfuta videntur, funt majora, plane viridia, fuperius obtufa. Deterioris adhuc notae eft Senna Italica et Gallica, cujus folia latiora et obtufiora, laetius virentia et magnis venis praedita, caeteris debiliora; faporis fubdulcis funt et glutinofi. Saepe cum Colutea arborefcente Linn. adulterantur.

SERPENTARIA VIRGINIANA. Slangeurt. Virginifche Gifftwurzel.

Ariftolochiae ferpentariae, Linn. Cl. XX. ord. Hexandr., RADIX, e capite nodofo, fibrofo praemorfa, in Virginia et Carolina habitans; coloris extus e gilvo viridefcentis, intus pallide lutei; odoris fragrantis, gravis, e Valerianae Camphoraeque odore confufi; faporis acris pungentis.

SERPILLUM. Vild Thymian; Vor Frue Sengehalm. Quendel; Marien Bettftroh.

Thymi Serpilli, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnofp., HERBA florens, menfe Junio et Julio colligenda. Suffruticulus in apricis et aridis habitat. Odorem habet fragrantem, gratumque; faporem aromaticum fubamarum. Flor. Dan. Tab. 1165.

SEVUM BOVINUM. Oxetalg. Rindstalg.

SEVUM CERVINUM. Hiortetalg. Hirfchtalg.

SEVUM OVILLUM f. VERVECINUM. Faaretalg. Schaaftalg.

Pinguedo folida ex omento et capfulis adipofis praefertim renalibus et lumbaribus horum animalium eliquata.

SILIQUA HIRSUTA. Kloeude Bonne. Juckende Fasel; Kuhkrätze.

Dolichi prurientis, Linn. Cl. XVII. ord. Decandr., LEGUMINA, ex utrisque Indiis advehuntur, coriacea, longitudine trium ad quinque pollicum, craſſitie digiti, extus ſetis rigidis e rubro fuſcis undique obſita.

SIMARUBA. Simarube. Simarube; Ruhrrinde.

Quaſſiae Simarubae, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., CORTEX, e Guajana, Jamaica et aliis inſulis Americae meridionalis advectus, tum trunco, tum radici detractus. Qui a radice deglubitur praeſtantior eſt, et fibris ſuccifis diſtinguitur. Eſt coloris dilute gilvi, tenax et flexilis fere, ac ſequax; ſaporis amaricantis et leniter adſtringentis. Pars lignoſa adhaerens, ut iners abjiciatur; neqve vetuſtior, lignoſus et obſcuri coloris cortex, ſervandus eſt.

SINAPIS. Sennep. Senf.

Sinapis nigrae et albae, Linn. Cl. XV. ord. Siliquoſ., SEMEN exiguum, globoſum; odoris debilis; ſaporis ſubamari, acris, fervidi. Planta annua, fera et hortenſis, maxime in Anglia colitur.

SODA; NATRUM-CARBONICUM. Soda. Soda; Glasſchmalz; Aſchſalz.

Soda Hiſpanica concrementum refert cinereum, e combuſtis plantis maritimis ortum. Natrum carbonicum elixando inde obtineri ſolet.

Soda Hungarica, quae nativa eſt, in Hungariae nonnullis lacubus ſiccatis ſponte efflorefcens, depuratione Natrum carbonicum praebet.

SOLANUM. Svineurt; Soebær. Nachtſchatten; Saukraut.

Solani nigri, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FOLIA recentia, menſe Junio colligenda. Odorem habent foetidum; ſaporem herbaceum, ſubſatuum. Flor. Dan. Tab. 460.

SOLANUM FURIOSUM. Vid. *Belladonna*.

SOYMIDA. Soymidatræe. Soymidenbaum.

Swieteniae Soymidae ſ. *febrifugae*, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., CORTEX,

in frustis variae magnitudinis subconvolutis ex india orientali allatus, crassus, durus, brunneo-rufus, externe cinerascens, interne cinereo-rufescens, fractura subfibrosa. Odor debilis, gratus; sapor primo adstringens, deinde amarus, diu inhaerens.

Spatum ponderosum; Baryta sulphurica nativa. Tungspat. Schweerspat.

Sulphas Barytae est sal medium terrestre, acido sulphurico et Baryta pura constans. In metallifodinis Hercyniae, Saxoniae aliisque, venas implet. Eligantur frustulae albae, lamellosae, heterogeneis minus inquinatae. Baryta acido sulphurico nupta, in aqua plane insolubilis est.

Spigelia anthelmia. Amerikansk Ormeurt. Amerikanisches-Wurmkraut oder Spigelie.

Spigeliae anthelmiae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., radix cum herba. Radix fibrosa. Caulis simplex erectus. Folia oblongo lanceolata, quaterna. Racemus terminalis. Odor nullus; sapor amaricans. Ex insulis Caribaeis adfertur.

Spigelia marilandica. Marilandsk Ormeurt. Marilandisches Wurmkraut oder Spigelie.

Spigeliae marilandicae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., radix cum herba. Radix nodulosa, fibrosa. Caulis simplicissimus, obsolete tetragonus. Folia ovata, oblonga, sessilia, opposita, remota. Racemus terminalis. Odor et sapor, vasis lignei aqua corrupti. Ex America septentrionali advecta.

Spina cervina. Vid. *Rhamnus catharcticus*.

Spiritus vini. Brændeviin. Brandtwein.

Spiritus inflammabilis, destillatione e Vino, Vini foecibus, Cerealibus, Syrupo de Saccharo desluente etc. prolicitus. Ad Tincturas aliaque Medicamenta paranda, non nisi spiritus vini gallicus, isque probe rectificatus, adhibeatur.

Spongia. Svamp. Schwamm.

Spongia officinalis, Linn. Cl. VI. ord. Vermes, Zoophyta. Eſt habitaculum vermis zoophyti vel polypi celluloſum, in mari Mediterraneo et Rubro magna quantitate reperiundum album, vel coloris citrini, pluribus exiguis foraminibus pervium, elaſticum, leve; odoris proprii minus grati; ſaporis expers.

Squilla ſ. Scilla. Strandlög. Meerzwibel.

Squillae maritimae, Linn. Cl. VI. ord. Monogyn., radix bulboſa, tunicata, recens, toroſa, ponderoſa, intus albicans; odoris vix ullius; ſucco, acri, glutinoſo, peramaro dives; non decolor, neque attrita, neque defricata. In ora maris Mediterranei ſponte provenit.

Stannum. Tin. Zinn.

Stannum eſt omnium metallorum leviſſimum, parum tenax, facile malleabile, vix elaſticum, molle, flexile; in acidis ac alcalibus ſolubile. Odor inter manus fricti, peculiaris, ſapor metallicus. Cum Acido nitrico Oxydum album valde refractarium conſtituens.

Stibium. Vid. *Antimonium*.

Stibium sulphuratum nigrum. Vid. *Antimonium*.

Storax calamita. Storax. Storax.

Styracis officinalis, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., gummi resina, e Syria et vicinis locis allata, cujus optima ſpecies, arundine excepta, Canulata vel Calamita dicta, rariſſime proſtat et valde pretioſa eſt. Noſtris in officinis vulgo illa tantum ſpecies occurrit, quae e lignorum ramentis et ferragine, Styracis ope conglutinatis conſtat, et *Scobs Storacina* dicitur, cui vero ſtyracis paucum ineſt, cum jam maximam partem expreſſa, pro conficiende Storace granulata, ad nos perveniat. Pro uſu medico praeferenda Storax in granis, ſcil. lacrymis albicantibus, luteis, rubentibus, variegatis, ſvaveolentibus, compagis denſae, in ore tenacibus pinguiuſculis; ſaporis grati pungent's, in grumos vel maſſas e flavo rubroque fuſcas coalitis, nullo tamen

ferragine intertextis. Storax liquida vera, lacryma arboris nativa, ad nos non pervenit, ſed e Storace, vino aut oleo ſoluta, cum Terebinthinae additione effingitur.

STYRAX LIQUIDA. Styraxbalſom. Styraxbalſam.

Liquidambaris Styracifluae, Linn. Cl. XXI. ord. Polyandr., LACRYMA reſinoſa, e nova Hiſpania et America ſeptentrionali advecta. Quod in officinis Storacis liquidae titulo inſignitum proſtat, magnum eſt, factitium, e cinereo ſpadiceum aut pullum, opacum, unctuoſum, e Terebinthinae oleo vinoque compoſitum, cui ſtoracis ſiccae pauxillo addito, ambroſiacus ejus odor conciliatus fuit. Sincera et nativa Storax liquida, veteribus celebrata, nunquam ad nos pervenit. Colligitur in maris rubri inſula Cobro, Moccamque adfertur, quo ipſo loco rara eſt et praecara. Eſt vero pellucida, coloris rubelli aut e murino fulvi, et valde fragrans. In hac genuinae Storacis inopia, Americana accipitur, limpida, coloris ad lucem aurei, et fragrantiſſima.

SUCCINUM, ELECTRUM; CARABE. Bernſteen; Rav. Bernſtein.

Subſtantia bituminoſa, flava et alba, e terra effoſſa, aut ad littora maris Baltici collecta. Eſt denſa et fragilis, propter ſuam duritiem tornari, caedi, et poliri ſeſe ſinit. Prunis injecta gratum diſpergit odorem. Fractura ſplendens; inſipidum; quando fricatur attrahit corpora levia, et fit electricum. In aqua nullam habet ſolubilitatem, et ſpiritus vini exiguam portionem Reſinae extrahit. In aethereis et pinguibus oleis non ſolvitur, niſi pro parte in carbonem mutatum. Ex Jutia, Inſula Moën, Pruſſia, Polonia et Pomerania adfertur.

SULPHUR CITRINUM ſ. VULGARE. Guul Swovl. Gelber Schwefel.

Comburendo oxygenio nuptum acidum ſiſtit ſulphuricum. Occurrit in Islandia, Italia, Hiſpania, Germania, Helvetia et aliis locis nativum. Recipi

debet flavum in cylindris fuſum, quod quidem *citrinum* dicitur, aut vivum aut in flores ſublimatum. Eſt ſolidum, friabile, leni igne liquefcens, colore rubro, ardens flamma coerulea vapore forti ſuffocante. Odor, niſi fricetur, nullus: accenſus acidus, penetrantiſſimus; ſapor, modo purum ſit, nullus.

SWITENIA MAHAGONI. Mahagonitræe. Mahagonibaum.

Swieteniae Mahagoni, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., CORTEX, ſtratis alternantibus rubris et albidis variegatus, epidermide flaveſcente rugoſo ſubcoriaceo obductus. Odor debilis, ſubaromaticus. Sapor valde adſtringens et amarus. Arbor procerus in inſulis Indiae occidentalis copioſe creſcens.

LIGNUM ejusdem badium, durum, ponderoſum; odoris vix ullius; ſaporis amaricantis.

TABACUM; NICOTIANA. Tobak. Toback.

Nicotianae Tabaci, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FOLIA probe ſicca, flava, nondum contorta; ſaporis peramari, odoris ſubnauſeoſi. Exſiccata fuſcum induunt colorem.

TACAMAHACA. Hak og Tak. Hack und Tack.

Fagarae octandrae, Linn. Cl. IV. ord. Monogyn., in Curacao Americae et in inſula Francia creſcentis, GUMMI RESINA aromatica, vel luteſcens, vel e luteoirideſcens, e cortice vulneratae arboris exſudans, et in pericarpiis cucurbitinis collecta. Odorem habet gratum, fragrantem, validum; in flores Lavendulae incidentem; ſaporem leniter amaricantem, nauſeoſum.

TAMARINDUS. Tamarindetræe. Tamarindenbaum.

Tamarindi indicae, Linn. Cl. III. ord. Monogyn., ex ſiliquis deprompta PULPA, e fuſco nigricans, viſcida et quaſi ſubpinguis, filamentis lignoſis, ſeminibus compreſſis, duris, quadratis, ſpadiceis, ſplendidis permixta; ſa-

poris acidi vinofi, pungentis, parumque naufeofi, quibus notis facile a prunorum pulpa, ubi larga manu admixta fuerit, dignofcitur. Eligatur recens, tenax, fpiffa, et fubrufo nigricans; faporis acrioris. Vitanda eft, quae in cellis locisque humidis diu fuit recondita, quod patebit e fuperficie externa uda, feminibusque emollitis tumidulis, neque adeo fplendentibus.

TANACETUM. Reinfan; Ormekrud; Tandsue; Raufan; Ringefan; Roskonge; Roud=Rollik. Reinfahren.

Tanaceti vulgaris, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. fuperfl., COMA florens, in aggeribus proveniens, menfe Julio colligenda. Planta perennis; odorem habet fortem, gravem, acutum; faporem valde amarum aromaticum.

Ejusdem SEMEN. Reinfanfrøe; Ormekrudfrøe. Reinfahrenfaamen; Gemein Wurmfaat. Flor. Dan. Tab. 871.

Iftud Semen cum Cinae femine et cum herba quoad odorem et faporem convenit.

TARAXACUM; DENS LEONIS. Løvetand; Præstekrone; Munkehoved; Fivel; Kabbelaup; Lapeerblomster. Pfaffenröhrlein; Löwenzahn; Löwenkraut; Hundeblumen.

Leontodi Taraxaci, Linn. Cl. XIX. ord. Polygam. aequal., HERBA. Planta perennis lactefcens, ad vias et in pafcuis vulgaris. Odorem nullum; faporem initio obfcure dulcefcentem, tum amarum habet. Herba omnis cum radice, recens in ufum vocanda.

Ejusdem RADIX fubfufiformis, ramofa, minimi digiti craffitie; extus fubfufca, intus pallida; faporis amaricantis. Recens verno colligatur tempore. Flor. Dan. Tab. 514.

TARTARUS VINI. Viinsteen. Weinftein.

Succi baccarum vitis viniferae aliarumque plantarum SAL nativum, neutrum, acidulum, proprio acido et Kali conftans. Spontaneo ex Vinis

secessu obtinetur, a partibus extractivis et colorantibus, coctione cum argillis et crystallisatione mundatis; vocantur Crystalli tartari. Tartarus crudus albus est aut ruber. Praestat e Rhenano vino albus, plus salis continens. Sit autem purus, ponderosus, solidus non spongiosus, externe crystallis multis puris resplendens.

TEREBINTHINA. Terpentin. Terpentin.

Est Balsamum resinosum naturale, coeteris resinis liquidis spissius, sponte vel e sauciato vel terebrato trunco arboris affluens, et pro arboribus, unde obtinetur, diversum.

TEREBINTHINA CANADENSIS f. BALSAMUM CANADENSE. Kanadisk Terpentin eller Balsom. Kanadischer Terpentin.

Pini balsameae et Canadensis, Linn. Cl. XXI. ord. Monadelph., BALSAMUM omnium nobilissimum et praestantissimum, liquidum, pellucidissimum, albidum, aetate lutescens, in fila ductile; odoris balsamici, grati, ad balsamum Meccae accedentis; saporis mitis vix amaricantis. E Canada et aliis locis Americae septentionalis adfertur.

TEREBINTHINA LARICINA f. VENETA. Venedisk Terpentin. Venedischer Terpentin.

Pini Laricis, Linn. Cl. XXI. ord. Monadelph., BALSAMUM liquidum diaphanum, consistentiae mellis vel syrupi spissioris, pallide lutescens, tenax, in fila ductile; odoris subfragrantis; saporis amari, acriusculi, resinosi, faucibus inhaerentis. Ex Europa meridionali advectum.

TEREBINTHINA COMMUNIS. Gemeen Terpentin. Gemeiner Terpentin.

Pini sylvestris, Linn. Cl. XXI. ord. Monadelph., BALSAMUM omnium vilissimum, butyraceum, opacum, sordidum, pallidum; odoris et saporis valde ingrati, non raro impurum; pro usibus medicis non adhibeatur.

Per destillationem hujus Terebinthinae communis cum aqua sufficiente, obtinetur OLEUM TEREBINTHINAE liquidum, limpidum, colore aqueo, odore fragrante.

E vulnerato vel terebrato trunco hujus arboris vel pini abietis, succus resinosus effluit, tempore hiemali rigescit, crustamque pallidam cerae haud absimilem format, quae instrumento idoneo separatur, et super ignem lenem funditur, a sordibus purgatur, et RESINA COMMUNIS dicitur.

Si resina haec absque aqua super ignem modice coquatur, et postea coletur, COLOPHONIUM vocatur: fit fusco rubens, subdiaphanum, splendens, fragile, fractura plana nitente, odoris debilis pini, insipidum, pulveratum lutescens.

PIX LIQUIDA s. NAVALIS, quae ex ramis et lignosis partibus hujus arboris, ope destillationis per descensum obtinetur, est oleum empyreumaticum spissiusculum, consistentiae mellis vel syrupi, nigro-rubicundum, subdiaphanum, in filum subductile, odoris balsamici fumosi, saporis pinguiusculi amaricantis.

Hoc oleum sub perpetua agitatione ad siccitatem coctum, est PIX NIGRA atra, lucida, fragilis, fractura vitriformis, in calore tenax, digitis fortissime adhaerens.

TERRA JAPONICA. Vid. *Catechu.*

THUS. Vid. *Olibanum.*

THYMUS VULGARIS. Thymian. Thymian.

Thymi vulgaris, Linn. Cl. XIV. ord. Gymnosp., HERBA aromatica suffrutex, in hortis colitur; colligenda mense Junio.

TILIA. Lindetræe. Lindenbaum.

Tiliae Europaeae, Linn. Cl. XIII. ord. Monogyn., FLORES; recentes sunt e viridi albicantes; odoris svavis in flores Naphae incidentis, subdulcis, subnarcotici; saporis dulcis, subviscidi. Flor. Dan. Tab. 553.

TINCAL. Vid. *Borax.*

TRAGACANTHA. Tragant. Dragant.

Astragali gummiferi, Linn. Cl. XVI. ord. Decandr., ex Oriente Graeciaeque insulis advectum GUMMI, vermiculorum instar contortum, purum, candidum. Rejiciatur flavescens, obscurioris coloris, in massis impuris sordidis allatum, super linguam non deliquescens.

TRIFOLIUM FIBRINUM. Bukkeblade; Beskeklover; Gedeklov. Bitterklee; Dreyblatt.

Menyanthis trifoliatae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., HERBA, locorum paludosorum et lacustrium incola. Foliola tenera, adhuc convoluta, succo lactescente saponaceo turgida, mensibus Majo et Junio sunt colligenda. Odoris sunt nonnihil fatui; saporis amarissimi. Flor. Dan. Tab. 541.

TURIONES PINI. Fyrreknopper. Fichtenknospen.

Pini sylvestris, Linn. Cl. XXI. ord. Monadelph., GEMMAE terminales plures aggregatae, ferrugineae, undique imbricatae, squamis angustis membranaceis adpressis, margine ciliato-laceris; undique (excepto apice) contaminatae resina tenui, in frigore solidiuscula, in calore molli, digitis se adglutinante; odoris fragrantis, resinosi, graviusculi; saporis non ingrati, debilis, resinosi, amaricantis. Mense Februarii vel Martii colligenda.

TUSSILAGO. Vid. *Farfara*.

ULMUS. Alm; Elm. Ulmenbaum; Röster; Rüster.

Ulmi campestris, Linn. Cl. V. ord. Digyn., CORTEX intermedius, subfuscus, subvimineus, e lamellis tenuibus compositus. Odor nullus; sapor amaricans, masticati valde glutinosus. Ramulorum cortex magis amaricans et magis glutinosus. Arbor excelsa et ubique culta. Flor. Dan. Tab. 632.

Urtica. Brændenelde. Brennessel.

Urticae dioicae, Linn. Cl. XXI. ord. Tetandr., in ruderatis crescentis SEMEN parvum, compressum, spadiceum; saporis subacris. Flor. Dan. Tab. 746.

Uva ursi. Meelbær; Meelbarrns; Miolbær; Miolnebær. Sandbeere.

Arbuti Uvae ursi, Linn. Cl. X. ord. Monogyn., FOLIA obovalia, integerrima, obtusa, utrinque glabra, lucidiuscula, supra rugosa, subtus venuloso-subrugosa, petiolata; odoris nullius; saporis styptici. In arenosis ericetis Holsatiae, Jutiae obvia. Flor. Dan. Tab. 33.

Valeriana hortensis. Stor Baldrian. Grosser Baldrian.

Valerianae Phu, Linn. Cl. III. ord. Monogyn., RADIX, in Alsatia et Silesia sponte crescens, in hortis nostris bene proveniens. Forma et proprietates sequenti similes, sed major atque fortior, hinc efficacior.

Valeriana sylvestris s. minor. Baldrian; Dienrod; Valerian; Vild Nardus; Velandsrod; Venderod; Vendmosrod. Kleiner Baldrian.

Valerianae officinalis, Linn. Cl. III. ord. Monogyn., RADIX, in pratis depressis et humidis proveniens, praemorsa, annulis elevatis cincta, crassitie depennae anserinae, apicem versus fibrosa; fibris filiformibus, teretibus, descendentibus; ex albido-fusco-cinerascens. Odor graveolens, foetidus, urinae felinae congruens; sapor amaro-acris, ingratus. Radices crassiores vel tuberosae, lignosae, fragiles, nigrescentes, rejiciantur. Cum subtilis radicis hujus virtus facile in auras avolet, a squalore liberata et probe sicca, in vase

vitreo probe clauſo arctiſſime compingenda, et loco ſicco frigidoque ſervanda eſt. Flor. Dan. Tab. 570.

VANILLA. Vanille. Vanillie.

Epidendri Vanillae, Linn. Cl. XX. ord. Diandr., FRUCTUS ſ. Siliqua compreſſa, ſemipedem longa, calami ſcriptorii majoris craſſitiei; coloris ex atro fuſci; odoris grati, ſaporis aromatici, pulpam ſeu medullam, cum minutiſſimis acinis pinguem continens. Ex America et imprimis nova Hiſpania advehitur. Eligendae ſunt ſilique mediae magnitudinis, pingues, recentes, aromatici odoris atque ſaporis.

VERBASCUM. Kongelys; Stodderlys. Wollkraut; Königskerzen.

Verbaſci Thapſi, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., FLORES, in glareoſis, ſterilibus creſcentes, menſibus Julio et Auguſto colligendi. Saporem habent melleum, odorem ſvavem. Flor. Dan. Tab. 631.

VERONICA. Veronica; Ærenpriis; Barsleik; Fleskmegræs; Norſk Thee. Ehrenpreis.

Veronicae officinalis, Linn. Cl. II. ord. Monogyn., HERBA. Caulis decumbens, filiformis, teres, ſubſimplex, pubeſcens. Folia ovali-oblonga, ſerrata, pubeſcentia, oppoſita, ſubſeſſilia. Odor debilis; ſapor amaricans, ſubadſtringens. In ſylvis, dumetis et ericetis habitat. Flor. Dan. Tab. 248.

VINCETOXICUM. Vid. *Hirundinaria*.

VINUM. Viin. Wein.

Vitis viniferae, Linn. Cl. V. ord. Monogyn., ex uvis SUCCUS expreſſus, calore temperato fermentatus, et a faecibus decantatus. In Pharmacopoliis praeſto ſint: VINUM GALLICUM ALBUM vetuſtius; GALLICUM RUBRUM, lignis tinctoriis aut Myrtilli baccis non imbutum; LUSITANICUM *Oporto* di-

ctum; HISPANICUM, uti et MADERENSE et MALLACENSE, nobilius; RHENANUM vetuſtius, gratum, non acidi crudique ſaporis. Syruporum aut mellis cum vino commixtio, noto cognoſcitur experimento, ubi vino repletum anguſtioris colli vitrum, ſuper vas aquam continens invertitur, unde dulcem aqua nanciſcitur ſaporem. Deleteria vero illa, a praeparatis ſaturninis, Bismutho, ipſoque Arſenico vino inducta labes detegitur immiſſo liquore vini probatorio in Parte IIda deſcripto; quo Vinum adulteratum nigricantem aut ſubflavum induit colorem: vel vinum ad ſiccitatem evaporatur, et tunc reſidium metallum detegitur.

VIOLA MARTIA. Martsfioler. Blaue Märzviolen.

Violae adoratae, Linn. Cl. XIX. ord. Monogam., FLORES, in aggeribus atque vallis frequentes: flores intenſe coerulei; odoris gratiſſimi, ſpecifici; ſaporis mucilaginoſi, amaricantis. Flor. Dan. Tab. 309.

VIOLA TRICOLOR, JACEA. Stedmodersblomſt; Floielsurt; Stifmorsblom; Souloubat. Stiefmütterchen; Freyſamkraut; Dreyfaltigkeitsblume.

Violae tricoloris, Linn. Cl. XIX. ord. Monogam., HERBA, in hortis et arvis ſponte proveniens; caule triquetro, diffuſo; foliis ovatis oblongis, crenulato-dentatis, petiolatis; ſtipulis pinnatifidis; odore ſubnullo; ſapore mucilaginoſo, ſubamaricante. Flor. Dan. Tab. 623.

VIRIDE AERIS. Vid. *Aerugo*.

VITIS IDAEA. Tyttebær; Kroſingbær; Kroslinger; Tytebær; Tytling. Preiſelbeeren; Kranbeeren.

Vaccinii Vitis Idaeae, Linn. Cl. VIII. ord. Monogyn., FRUCTUS, e Norvegia ad nos pervenientes, paſſim quoque in Dania occurrunt. Saporis validi, aciduli, ſubacerbi. Flor. Dan. Tab. 40.

VITRIOLUM ALBUM; ZINCUM SULPHURICUM. Hvid Vitriol. Weisser Vitriol; Gallizenstein; Augenstein.

Apud Goslarienses paratum, SAL metallicum, ex Zinco et Acido sulphurico, solutione repetita et crystallisatione conflatum. Cum raro purum et album sit, in aqua solvendum, cum Zinco granulato coquendum, filtrandum et crystallisandum est. Saporem ingrate acrem, adstringentem habet.

VITRIOLUM COERULEUM; VITRIOLUM DE CYPRO; CUPRUM SULPHURICUM. Blaae Vitriol. Blauer Vitriol.

Sal passim ex gleba cupri pyritosa, sive aes cum sulphure calcinando paratum. Saporis est nauseoso acris, valde styptici.

VITRIOLUM MARTIS s. VIRIDE; FERRUM SULPHURICUM. Grön Vitriol; Jernvitriol. Grüner Vitriol; Eisenvitriol.

Sal crystallisatum ex Hungaria, Germania et Anglia advectum, coloris herbacei. Cuprum admixtum prodit immissa lamina ferrea pura, cui cuprum adhaeret. Existit nativum, vel arte paratur e terris et Schistis hoc sale gravidis, potissimum ex Pyritibus fatiscentibus atque ustulatis. Saporis est adstringentis.

ZINCUM. Zink; Spiauter; Tutenage. Zinck.

Est METALLUM lamellosum, ex albido coerulescens, subtenax, malleo parum obediens. Ignitum sub aëris accessu flammam viridem concipiens, abit in Oxydum album, partim sub flocculorum levissimorum forma avolat. Chinense plerumque puritate antecellit illo, quod in officinis metallurgicis Goslariensibus producitur.

ZINCUM SULPHURICUM. Vid. *Vitriolum album.*

ZINGIBER. Ingever. Jngfer.

Amomi Zingiberis, Linn. Cl. I. ord. Monogyn., RADIX, ex Indiis advecta, tuberoſa, compreſſa, rugoſa, lobata, lobis varie figuratis, obtuſis, noduloſis; extus pallide cinerea, intus albida; odoris ſubaromatici; ſaporis valde acris, ſubaromatici. Eligatur ponderoſa, minus fibroſa, non carioſa.

PARS II.

COMPOSITA ET PRAEPARATA.

ACETUM AROMATICUM.

(*Loco Aceti bezoardici et prophylactici.*)

Recipe Herbae Abſinthi,
Roris marini,
Salviae,
Menthae piperitae,
ſingularum Uncias duas,
Caſſiae cinnamomeae Unciam dimidiam,
Caryophyllorum,
Nucum moſchatarum,
ſingularum Drachmas duas,
Aceti crudi Libras octo.

Poſt ſufficientem macerationem in vaſe vitreo ſupra arenam tepidam, exprime et cola.

ACETUM CONCENTRATUM.

(*Loco Aceti per frigus concentrati.*)

R. Kali carbonici Uncias ſedecim,

Aceti deſtillati, quantum ſufficit ad perfectam ſaturationem,

evaporent ad Uncias quadraginta, quibus in retortam vitream immiſſis, adde

Acidi ſulphurici concentrati Uncias duodecim,

Aquae fontanae Unciis octo dilutas.

Retortae collum ablue cum

Aquae deſtillatae Unciis quatuor.

Tum adaptato recipiente et juncturis munitis, fiat deſtillatio ad ſiccum.

ACETUM DESTILLATUM.

R. Aceti Vini Gallici quantum libet.

Deſtilletur e retorta vitrea, aut e cucurbita cuprea ſtanno obducta munitaque capitello, una cum canali refrigeratorio e ſtanno puro parato, lento igne. Prodit primo Phlegma, quod abjiciendum. Quod ſequitur, Acétum eſt. Continuetur Deſtillatio, donec e duodecim vel quindecim libris vix ſesquilibra ſuperſit, ne Aceto ad ſiccitatem abſtracto, empyreuma contrahatur.

ACETUM PROPHYLACTICUM.

Vid. *Acetum aromaticum.*

ACETUM ROSARUM.

R. Roſarum rubrarum ſiccarum quantum libet,

Aceti Vini deſtillati octuplum ponderis.

Miſce, in vaſe bene obturato digerantur frigide per octiduum circiter. Poſtea colentur et fortiter exprimantur.

ACETUM LITHARGYRII.

Vid. *Acetum Saturninum.*

ACETUM RUBI IDAEI.

R. Succi fructuum Rubi Idaci maturorum expreſſi, libras duas,
Aceti Vini Gallici Menſurae quadrantem.

Committantur vaſe vitreo et ſtent per biduum. Exprimantur fortiter. Colaturae addatur

Sacchari albi Libra una cum dimidia.

Leni igne pro ſervando colore digeratur. Deinde frigeſiat, ſubſideat et caute decantata committatur lagenis vitreis, probe obturandis.

ACETUM SATURNINUM.

(*Acetum Lithargyrii.*)

R. Minii puriſſimi partem unam
Aceti vini partes quatuor

in vaſe figulino probe vitreato, coquantur lento igne, ad dimidiae partis conſumtionem, ſub continua cum ſpathula lignea agitatione, et per chartam filtrentur.

ACETUM SATURNINUM CONCENTRATUM.

(*Balſamum ſaturni, Extractum ſaturni.*)

Evaporatione aceti ſaturnini ad quartae partis conſumtionem in vaſe figulino vitreato paratur.

ACETUM SCILLITICUM.

R. Scillae praeparatae Uncias octo.
Minutim incifis affundantur
Aceti Vini Gallici optimi Librae octo.
Per octiduum in vafe vitreo digerantur, deinde colentur.

ACIDUM BENZOICUM.

(*Flores Benzoës.*)

R. Benzoës pulveratae Uncias viginti quatuor,
Natri carbonici cryftallifati Uncias octo.
Mifce, et decoque ex
Aquae communis Libris fedecim,
perpetue agitando, per horam dimidiam. Cola. Benzoën refiduam denuo ex
Aquae communis Libris fex
decoque, et cola. Colaturam cum priori mifce et evapora, donec fuperfint Librae duae. Filtra, et Acido fulphurico diluto fatura.

Acidum benzoicum, fub forma pulveris levioris, ex cinereo albidi praecipitatum, in aqua bulliente folve. Liquorem adhuc ferventem cola per linteum, et ad cryftallifandum fepone. Cryftallos collectas, aqua frigida ablutas, ficca et ferva.

ACIDUM CITRICUM.

R. Succi citri expreffi, quantum vis,
ftet per aliquot dies et filtretur. In vas vitreum immiffo fub perpetua ebullitione fenfim adjiciatur

Cretae purae pulveratae

quantum sufficit ad perfectam saturationem. Vas ab igne remotum seponatur per horam, et liquor supernatans decantetur. Cretae citricae residuae, aqua frigida ablutae et siccatae addatur

Acidi sulphurici dimidia pars,

Aquae communis partibus sex diluti.

Digerantur per horas viginti quatuor. Liquor acidus decantetur, et calcaria sulphurica residua abluatur, donec insipida fiat. Liquores acidi commisti evaporent in vase porcellaneo ad consistentiam Syrupi; refrigerati filtrentur, et in crystallos redigantur, quae siccatae serventur.

ACIDUM MURIATICUM.

(*Spiritus salis acidus.*)

R. Natri muriatici Libras sex,

in retortam vitream capacem immissis affunde

Acidi sulphurici concentrati Libras quatuor,

caute antea dilutas cum

Aquae communis Libris totidem.

Adaptato vase recipiente amplo, cui insint

Aquae destillatae Librae duae,

et juncturis clausis fiat destillatio, igne primum remissiori, sub finem aucto, ad siccum. Liquidum elicitum supra

Natri muriatici Libram dimidiam,

rectifica.

ACIDUM MURIATICUM OXYDATUM.

(*Acidum salis dephlogisticatum.*)

R. Natri muriatici Uncias duodecim,

Magnesii oxydati nativi Uncias quatuor,

in retortam vitream tubulo munitam immiſſis affunde

Acidi ſulphurici Uncias ſex,

dilutas antea caute

Aquae communis Unciis totidem.

Applicato tubo recurvato ſub aqua ducto, et juncturis probe clauſis, ope ignis remiſſioris eliciatur Gas, in lagenis vitreis aqua frigida impletis excipiendum, usque dum in his tertia tantum aquae pars remaneat, cui quaſſando jungendum. In vaſe rite clauſo ſervetur loco frigido.

ACIDUM NITRICUM CONCENTRATUM.

(*Spiritus nitri fumans.*)

R. Kali nitrici pulverati Libras quatuor,

in retortam vitream ſatis capacem, ſiccam, calefactam immiſſis affunde ſucceſſive et caute, ope infundibuli vitrei tubo muniti

Acidi ſulphurici concentrati Libras duas.

Adaptetur vas excipiens amplum, tubulatum, vel tubus vitreus inter vaſorum juncturas.

Fiat deſtillatio igne primum remiſſiori, ſub finem aucto, ad ſiccum.

ACIDUM NITRICUM TENUE.

(*Spiritus nitri acidus.*)

R. Kali nitrici pulverati Libras octo,

in retortam vitream ſatis capacem immiſſis affunde

Acidi ſulphurici concentrati Libras quatuor,

dilutas antea caute

Aquae communis Libris totidem.

Applicetur excipulum amplum, cui

Aquae deſtillatae Librae quatuor.

antea ſunt immiſſae.

Fiat deſtillatio ex arena, igne primum remiſſiori, ſub finem pedetentim aucto ad ſiccum.

Acido elicito inſtilla

Argentum nitricum ſolutum,

quamdiu inde fit turbidum. Seponatur per aliquot dies. Tum liquorem limpidum decanta, et ex retorta fere ad ſiccum deſtillando, rectifica.

ACIDUM PHOSPHORICUM.

R. Oſſium ad albedinem uſtorum Libras tres,

ſubtiliſſime pulveriſatis adde

Acidi ſulphurici concentrati Libras duas,

Aquae communis Libris quindecim

dilutas. Ebulliant leniter per horam in lebete ſtanneo, ſub continua agitatione. Cola cum expreſſione, et liquorem ad mellis ſpiſſitudinem evapora. Reſiduum in aqua iterum ſolutum et colatum, cum

Ammonio carbonico

perfecte ſatura. Liquidum filtratum, et ad ſiccum evaporatum, praebet Ammonium phosphoricum; e quo, retortae vitreae ſatis amplae, aut vaſi porcellaneo profundo commiſſo, Ammonium leni calore expellatur. Poſtquam ſpumeſcere ceſſavit, Acidum phosphoricum reſtans, igne modice aucto, adhuc per aliquot temporis momenta lente fluens detineatur; refrigeratum in triplo Aquae deſtillatae ſolvatur, et liquor filtratus limpidus ſervetur.

ACIDUM SUCCINICUM.

(*Sal ſuccini.*)

R. Succini contuſi, quantum vis.

Fiat deſtillatio, igne gradatim aucto. Prodibunt una cum oleo primum flavo, dein rubro, Liquor acidulus, et Sal concretum; quibus addatur Aquae calidae ſufficiens quantitas, ad Sal ſolvendum. Liquor acidus ab oleo ſeparatus leniter evaporet, filtretur, et ad cryſtalliſandum ſeponatur. Cryſtalli collectae depurentur ſolutione in aqua calida, et cryſtalliſatione repetita.

ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM RECTIFICATUM.

(*Oleum vitrioli.*)

R. Acidi ſulphurici venalis Uncias duodecim,
e retorta vitrea ampla deſtilletur, et in vitris probe clauſis uſui aſſervetur.

ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

(*Spiritus vitrioli.*)

R. Acidi ſulphurici concentrati partem unam, cum
Aquae deſtillatae partibus ſex caute et gradatim miſceatur.

ACIDUM TARTARICUM.

(*Sal eſſentiale Tartari.*)

R. Cretae pulveratae, et Aqua calida
ſaepius ablutae Libras duas,
Aquae communis ferventis Libras viginti quatuor,
in lebetem ſtanneum immiſſis adjiciantur ſenſim
Tartari depurati Librae ſeptem, vel quantum ad ſaturationem ſufficit.
Vaſe ab igne remoto ſtent per horae dimidium, dein in vas vitreum caute

transfundentur. Liquor limpidus fupernatans Kali tartaricum continens decantetur, et refiduum, aquam bis vel ter affundendo, abluatur. Huic refiduo addantur

Acidi fulphurici diluti Librae quatuordecim.

Spatula lignea faepius agitando, digerantur per horas viginti quatuor. Liquor acidus decantetur, et calcaria fulphurica refidua aqua abluatur, donec infipida redeat. Liquores acidi commifti evaporent in vafe vitreo aut porcellaneo, ad punctum fere cryftallifationis, et fervidi per filtrum colentur. Poft refrigerationem liquor a calcaria fulphurica per linteum feparetur, et leniffimo calore cryftallifetur. Cryftalli tandem poft repetitam evaporationem collectae, loco ficco ferventur.

Nota. Ut cognofcatur, an filtrato huic liquori inhaereat Acidum fulphuricum, pauxillo hujus adduntur aliquot guttulae aceti faturni, ubi fe prodit albido fedimento. Si liquor aliquot guttularum acidi nitrici affufione limpidus fit, acidum eft purum, fin contra, inquinatus eft acido fulphurico: in quo cafu denuo illi addatur debita copia calcariae tartaricae.

AETHER ACETICUS
(*Naphtha Aceti.*)

R. Natri acetici ficcati Uncias octo,
in retortam vitream immiffis affunde
Mifcellani, praevio paratam ex
Acidi fulphurici concentrati Unciis quatuor, et
Spiritus vini rectificatiffimi Unciis fex.

Vaforum juncturis probe claufis, fiat deftillatio leni igne. Liquori deftillato adde

Liquoris Kali cauftici diluti, quantum requiritur ad feparationem Aetheris promovendam: Aetherem blando calore rectifica, et in vafe probe claufo ufui ferva.

AETHER ACETICUS MARTIALIS.

Vid. *Tinctura ferri acetici aetherea.*

AETHER PHOSPHORATUS.

(*Naphtha phosphorata.*)

R. Phosphori dissecti Grana octo,
leni calore solue in
Aetheris sulphurici Uncia una,
et in vitro probe clauso serva.

AETHER SULPHURICUS.

(*Naphtha vitrioli.*)

R. Acidi sulphurici concentrati,
Spiritus vini rectificatissimi,
partes aequales.

Caute mixta destillentur in retorta vitrea tubulata, balneo arenae vel cineris, quousque nihil sulphurosi odoris ascenderit. Residuo iterum adde
Spiritus vini rectificatissimi partem dimidiam,
fiat destillatio, uti antea, quae operatio, cum simili Spiritus vini quantitate, bis adhuc potest repeti. Liquori aethereo his destillationibus obtento adde
Aquae communis partem quartam,
Liquoris Kali caustici partem unam.
Aether supernatans e reliquo fluido separetur et calore blandissimo rectificetur.

AETHIOPS ANTIMONIALIS.

Vid. *Hydrargyrum stibiato-sulphuratum.*

AETHIOPS MINERALIS.

Vid. *Hydrargyrum ſulphuratum nigrum.*

ALCALI VEGETABILE AËRATUM.

Vid. *Kali carbonicum.*

ALCALI VOLATILE SICCUM.

Vid. *Ammonium carbonicum.*

ALOË DEPURATA.

(*Extractum Aloës gummoſum.*)

R. Aloës ſocotrinae Libram unam.

Solvatur in

Aquae fontanae calidae Libris quinque.

Committatur Solutio vaſi vitreo per unum alterumque diem, ut reſinoſa ſubſtantia cum faecibus fundum petat. Tunc clarum, a ſpiſſo per decantationem atque colationem ſeparatum, lento igne in aheno ferreo ad Extracti conſiſtentiam evaporet.

ALUMEN USTUM.

R. Aluminis crudi, quantum libet.

In olla fictili nova aut ferrea, ita capaci, ut ad tertiam modo partem repleatur, inter prunas calcinetur, donec totum efferbuerit, neque ſpumam amplius emittat, ſed leve, ſiccum atque poroſum evaſerit.

AMMONIUM CARBONICUM.

(*Alcali volatile ſiccum.*)

R. Ammonii muriatici pulverati ſicci Libram unam,

Cretae purae pulveratae libras duas,
mixta in retorta collo brevi, excipulo vero amplo munita, ſublimentur. Sublimatum in vitris bene clauſis aſſervetur.

AMMONIUM CARBONICUM PYRO-OLEOSUM.

(*Sal volatile Cornu Cervi.*)

R. Cornuum Cervi vel aliorum Oſſium contuſorum, qvantum vis. Immitte in retortam tubulatam ferream aut figulinam, et adaptato excipulo amplo cum tubo intermedio, igne aperto gradatim aucto fiat deſtillatio; adſcendunt Liquor ammonialis, Ammonium concretum, et Oleum foetidum. Oleo ſeparato, Sal et Liquor cum duplo cretae pulveratae ſiccae mixtus e retorta vitrea ſublimetur, et ſublimatum in vaſe rite obturato ſervetur.

AMMONIUM MURIATICUM DEPURATUM.

(*Sal Ammoniacum depuratum.*)

R. Sal Ammoniacum crudum ſolvatur in Aquae calidae quintuplo, in vaſe figulino vel ſtanneo. Filtrata ſolutio evaporetur ad pelliculam et in cella reponatur, ut concreſcant Cryſtalli.

AMMONIUM MURIATICUM MARTIATUM.

(*Flores ſalis ammoniaci martiales.*)

R. Ferri puri Unciam unam,
ſolve in quantitate ſufficienti
Acidi muriatici.
Soluto admiſce
Ammonii muriatici Uncias duodecim.

uink. Naar Salmiak opløses 5 Gange saameget Varm[e]
Stand, at Porcellain eller Cement. Opløsningen for-
dampes til den fuldkomne Tørhed, tilføies en
[illegible] til Krystallisation

Maſſa leni calore exſiccata et contrita, in cucurbita ſublimetur. Sublimatum conteratur, et in vaſe clauſo ſervetur.

ANIMA RHEI.

Vid. *Tinctura Rhabarbari aquoſa.*

ANTIMONIUM CRUDUM PRAEPARATUM.

Vid. *Stibium ſulphuratum nigrum laevigatum.*

ANTIMONII BUTYRUM.

Vid. *Liquor Stibii muriatici.*

ANTIMONII VITRUM.

Vid. *Stibium oxydatum ſulphuratum vitrificatum.*

AQUA AËRIS FIXI f. AËRATA.

Vid. *Aqua carbonata.*

AQUA ANISI.

R. Seminis Aniſi vulgaris partem unam.
Contuſum Semen maceretur per noctem in
Aquae fontanae partibus novem.
Mane deſtillentur inde partes ſex.

Eodem modo deſtillatur

Aqua foeniculi,

petroselini.

O.

AQUA ANTHOS COMPOSITA.

(*Aqua Hungarica.*)

℞. Florum Anthos Libram unam,
Lavendulae Uncias quatuor,
Spiritus Vini Gallici Libras ſex.

Digerantur per noctem et deſtillentur inde Librae tres.

AQUA BENEDICTA RULANDI.

Vid. *Vinum ſtibiatum.*

AQUA CALCARIAE USTAE.

(*Aqua calcis.*)

℞. Calcariae purae recenter exuſtae partem unam,
Aquae fontanae partes octo.

Finita effervescentia, Liquor lacteus in vaſe clauſo ſervetur, et poſt terrae ſubſidentiam in aliud vitrum decanthetur, probe claudendum.

AQUA CARBONATA.

(*Aqua aëris fixi, Aqua aërata.*)

Immitte aquam fluviatilem in apparatum vitreum a Doctore Nooth inventum (vel alium quemcunque huic ſcopo proprium) et gas acidum carbonicum, ex creta vel alia calcaria carbonica, mediante acido muriatico elicitum, transire coge, usquedum eo ſaturata ſit. Aquam ſic paratam in vaſis probe clauſis uſui ſerva.

AQUA CARMELITANA f. AQUA MELISSAE COMPOSITA.

R. Foliorum Meliſſae recentium Libram unam cum dimidia,
Flavedinis Corticum Citri Uncias quatuor,
Nucis Moſchatae,
Seminis Coriandri,
ſingulorum Uncias duas,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi acuti,
ſingulorum Unciam unam.

Inciſis et contuſis affundantur
Spiritus Vini rectificati Librae ſex,
Aquae Meliſſae Librae tres.

Digerantur per triduum; dein deſtillatione proliciantur Librae ſex.

AQUA CERASORUM.

R. Ceraſorum nigrorum recentium partem unam.

In mortario lapideo cum nucleis probe contuſis, addantur
Aquae purae Librae ſex.

Deſtillentur inde Librae quatuor.

Eadem Norma paratur:
AQUA RUBI IDAEI.

AQUA CINNAMOMI SIMPLEX.

R. Cinnamomi acuti partem unam,
Aquae fontanae partes novem.

Macerentur per diem unum aut alterum; dein deſtillentur inde partes ſex.

Loco cinnamomi corticis adhiberi possunt Clavelli cinnamomi, utpote vilioris pretii.

AQUA CINNAMOMI VINOSA.

R. Aquae Cinnamomi simplicis,
Spiritus Vini rectificati,
singulorum partes aequales.
Misceantur.

AQUA DESTILLATA SIMPLEX.

Destillent Aquae communis duae tertiae partes, rejecta prima stillantis aquae portiuncula.

AQUA FORTIS.

Vid. *Acidum nitricum tenue.*

AQUA HUNGARICA.

Vid. *Aqua Anthos.*

AQUA KALINA CARBONATA.

(*Aqua mephitico-alcalina.*)

R. Aquae carbonatae Libram unam,
Kali carbonici Drachmas duas.
Mixta in lagena vitrea bene obturata, loco frigido serva.

AQUA LAXATIVA.

Vid. *Infusum Sennae compositum.*

AQUA LAURO-CERASI.

℞. Foliorum recentium Lauro-Cerasi Libras duas,
Aquae communis, quantum satis.

E retorta vitrea destillando elice Libras tres, serva sollicite.

AQUA MELISSAE.

℞. Herbae Melissae siccatae Libras duas,
Aquae communis, quantum sufficit.

Destillando elice Libras viginti.

Eadem ratione destillentur

Aqua menthae crispae,
piperitidis,
sambuci.

AQUA MELISSAE COMPOSITA.

Vid. *Aqua carmelitana.*

AQUA MEPHITICO-ALCALINA.

Vid. *Aqua Kalina carbonata.*

AQUA ROSARUM.

℞. Florum Rosarum recentium, sive, si hi deficiant, sale conditorum, partem unam,
Aquae fontanae partes sex.

Leni destillatione inde policiantur partes tres.

Ad eandem normam paratur

Aqua florum aurantii s. naphae.

AQUA SATURNINA.

R. Aquae deſtillatae Libras duas,
Spiritus Vini Unciam dimidiam,
Aceti Saturni Unciam unam.
Mixta ſerventur in vaſe vitreo.

AQUA SULPHURATO-ACIDULA.

(*Liquor probatorius Hahnemanni.*)

R. Calcariae ſulphuratae,
Acidi tartarici, ſingulorum Drachmas duas,
Aquae deſtillatae Uncias ſedecim.
In vitro clauſo mixta agitentur quaſſando. Poſtquam ſubſederint, Liquor limpidus decanthetur in vaſis vitreis quatuor, cui unicuique
Acidi tartarici Drachma una inſit.
Obturentur ſtatim.

ARCANUM DUPLICATUM.

Vid. *Kali ſulphuricum.*

ARGENTUM NITRICUM FUSUM.

(*Lapis infernalis.*)

R. Argenti puriſſimi, quantum placet. Solve in
Acidi Nitrici quantitate ſufficiente,
deinde leni calore ſolutio ad ſiccum evaporetur.

Maſſa in crucibulo argenteo aut porcellaneo calore leni liquatur, usquedum Olei inſtar fluat; ſubito effundatur in modulum ferreum calefactum, ſevo illitum; refrigeratam maſſam in vitro clauſo ſerva.

BALSAMUM CEPHALICUM ſ. APOPLECTICUM.

R. Olei Nucis Moſchatae expreſſi Unciam unam,
immiſceantur
Olei Caryophyllorum,
Lavendulae,
Rorismarini, ana ſemidrachma,
Succini, Scrupulus dimidius,
Balſami Peruviani Drachma una.

Nota. Qui velit, addet Moſchi cum ſpiritu vini triti, grana decem.

BALSAMUM COMMENDATORIS.

Vid. *Tinctura Benzoës compoſita.*

BALSAMUM EMBRYONUM.

Vid. *Spiritus aromaticus.*

BALSAMUM OPHTHALMICUM RUBRUM.

Vid. *Unguentum Hydrargyri rubrum.*

BALSAMUM SAPONACEUM.

R. Spiritus Vini rectificati Libras quatuor,
Saponis albi Hiſpanici Uncias decem,
leni igne ad ſolutionem digeſtis addantur
Camphorae tritae Unciae duae,
Olei Rorismarini,
Origani, ſingulorum ſemiuncia.
Miſceantur agitando.

BALSAMUM SATURNI.

Vid. *Acetum ſaturninum concentratum.*

BALSAMUM SULPHURIS SIMPLEX.

R. Sulphuris puri partem unam,
Olei Lini partes quatuor,
coquantur in vaſe terreo ſatis capaci, arena circumdato, leniſſimo igne, ſpatula continue agitando, ad conſiſtentiam Balſami ſpiſſioris.

Nota. Balsamum sulphuris terebinthinatum obtinetur, ſi ſimplicis parti unae olei terebinthinae partes octo addantur; Balsamum sulphuris anisatum vero, ſi ſimplici eodem modo admiſcetur olei aniſi quintuplum.

BALSAMUM TEREBINTHINATUM ſ. UNGUENTUM DIGESTIVUM.

R. Terebinthinae laricinae Drachmas duas,
Cerae citrinae Drachmam unam cum dimidia.
Leni calore colliquefactis addantur
Olei Terebinthinae Drachmae duae.
Miſceantur.

BALSAMUM TRAUMATICUM.

Vid. *Tinctura Benzoës compoſita.*

BALSAMUM UNIVERSALE.

R. Olei Raparum recenter expreſſi Libram unam cum dimidia,
Cerae citrinae ſemilibram,

invicem ſolutis et frigefactis addantur ſub continua agitatione,
Balſami Saturni Unciae tres.

Nota. Si deſideretur, addi poſſunt
Camphorae Drachmae quatuor cum dimidia.

BALSAMUM VITAE EXTERNUM.

R. Saponis Hiſpanici ſiccati et triti,
Olei Terebinthinae, ſingulorum Libram unam,
Salis Tartari Uncias duas.
Miſceantur.

BALSAMUM VITAE AD MODUM HOFMANNI.

R. Olei Lavendulae,
Caryophyllorum,
Macis,
Cinnamomi,
ſingulorum Scrupulum unum,
Succini rectificati Guttas decem,
Balſami Peruviani Drachmam dimidiam,
Spiritus Vini rectificatiſſimi Uncias decem.
Tingantur radice Alcannae, committentur digeſtioni frigidae, et filtrentur per goſſypium.

BARYTA MURIATICA.

(*Terra ponderoſa ſalita.*)

R. Barytae Sulphuricae nativae electae et laevigatae partem unam,
Kali Carbonici partes duas.

Coquantur per horam in lebete ſtanneo cum tribus ad quatuor partibus aquae communis, ſub perpetua agitatione ſpathula lignea, aquam evaporatione conſumtam ſubinde reſtituendo; et diluta filtrentur. Baryta carbonica obtenta, et probe abluta, lege artis in acido muriatico ſolvatur. Liquor filtratus evaporetur ad perfectam ſiccitatem; maſſa reſidua in crucibulo excandeſcat. Refrigeratam et pulveratam aqua fervida ſolue, et Liquorem filtratum, cum pauco Barytae carbonicae digere. Denuo filtratum in cryſtallos redige, quae, antequam ſiccentur, aqua deſtillata frigida abluantur.

BORAX TARTARISATA.

Vid. *Tartarus boraxatus.*

BUTYRUM ANTIMONII.

Vid. *Liquor Stibii muriatici.*

BUTYRUM CACAO.

Vid. *Oleum Cacao.*

BUTYRUM MAJORANAE.

R. Foliorum Majoranae recentium Libram unam,
contuſa coquantur leniſſimo igne cum
Butyri recentis inſulſi Libra una.
Conſumta humiditate colentur et exprimantur. Paulo refrigeratis addatur
Olei deſtillati Majoranae ſemidrachma.

CALCARIA SULPHURATA.

(*Hepar Sulphuris calcareum.*)

R. Calcariae uſtae pulveratae Uncias duas,

Sulphuris Unciam unam;
mixtis fenfim affunde
Aquae fervidae Libram unam.
Leni igne, frequenter agitando evaporent ad ficcum. Maffam ficcam in vafe vitreo claufo ufui ferva.

CARBO PRAEPARATUS.

(*Pulvis carbonum.*)

Carbones lignei urantur in vafe claufo foraminulo inftructo, ut partes omnes ope ignis volatiles abigantur, vel usque dum fumus definit. Carbo remanens in pulverem tritus fervetur vafe claufo.

CARBO SPONGIAE.

(*Spongia ufta.*)

E Spongia marina mundata eodem modo Carbo eft parandus.

CERA AD LABIA.

R. Cerae albae Drachmas duas,
Spermatis Ceti Drachmas tres,
Olei Amygdalarum recentis Drachmas fex.
Colliquatis leni calore addatur
Radicis Alkannae fpuriae, groffiufcule contufae, Drachma una cum dimidia.
Aliquoties ebulliant, deinde ab igne removeantur, colentur et additis
Olei Lavendulae Guttis triginta,
probe mixta effundantur in capfulas papyraceas, quae refrigerio committantur.

CERA VIRIDIS.

R. Cerae citrinae Libram unam,
Resinae Pini Uncias sex,
Terebinthinae Uncias quatuor,
Viridis Aeris triti semiunciam.

Liquentur invicem, colentur et effundantur more solito.

CERATUM SATURNI.

R. Olei Nucum Juglandum Unciam unam,
Cerae citrinae Uncias quatuor,

liquescant leni igne et addantur

Aquae fontanae Unciae duodecim,
Extracti Saturni Uncia una,

misceantur exactissime et fiat ceratum.

CEREOLI SIMPLICES.

(*Cereoli exploratorii.*)

R. Cerae flavae Uncias sex,
Olei Olivarum Unciam unam.

Leni calore liquefactis et ab igne remotis immerge telas linteas tenues, ex quibus lege artis fiant convolvendo cereoli, superficie laevi et forma exacta.

CHALYBS PRAEPARATA.

Vid. *Ferrum pulveratum.*

CINERES CLAVELLATI DEPURATI.

Vid. *Kali carbonicum.*

CONSERVA ROSARUM.

Flores Rosarum recentes a Calycibus liberati, duplici pondere Sacchari albissimi in mortario lapideo cum Pistillo ligneo triturentur, et in conservam redigantur.

CORNU CERVI SINE IGNE PRAEPARATUM.

Cornua Cervorum in majora frusta secta coquantur in aqua fontana, donec mollescant. Medulla et cortex nigricans cultro separetur, cornua iterum abluta siccentur, et in mortario ferreo in subtilissimum redigantur pulverem.

CREMOR TARTARI SOLUBILIS.

Vid. *Tartarus boraxatus.*

DECOCTUM LAXATIVUM.

Vid. *Infusum Sennae compositum.*

ELECTUARIUM APERIENS.

R. Pulpae Tamarindorum Drachmas sex,
Foliorum Sennae in pulverem redactorum Drachmas tres,
Kali tartarici Drachmam unam cum dimidia,
Syrupi de Manna Unciam unam cum dimidia.
Misceantur.

ELECTUARIUM MUNDIFICANS.

R. Radicis Sarsaparillae Uncias tres,
Ligni Guajaci Unciam unam,
Foliorum Sennae Unciam unam cum dimidia,

Rhabarbari Drachmas duas,
Corticis Saſſafras,
Seminis Aniſi, ſingulorum Drachmam unam.

In pulverem trita, redigantur in Electuarium cum Mellis deſpumati libra una.

ELECTUARIUM THERIACA.

R. Radicum Angelicae Uncias ſex,
Serpentariae Virginianae Uncias quatuor,
Valerianae majoris,
Scillae,
Caſſiae Cinnamomeae, ſingularum Uncias duas,
Cardamomi minoris,
Myrrhae,
Croci,
Caryophyllorum,
Ferri ſulphurici,
Opii, ſingulorum Unciam unam,
Mellis deſpumati Libras ſex.

Melli paululum calefacto addatur Opium, vini Hiſpanici quantitate ſufficiente dilutum; deinde admiſceantur caetera in pulverem trita.

Nota. Quaelibet Uncia Theriacae hujus continet Opii grana circiter quinque.

ELAEOSACCHARUM ANISI.

R. Sacchari albiſſimi Unciam unam,
Olei Aniſi Guttas octo.

Terendo fiat Elaeoſaccharum.

Eodem modo paratur:

ELAEOSACCHARUM CINNAMOMI,
CITRI,
FOENICULI,
MENTHAE PIPERITAE,

et reliqua.

ELIXIR ACIDUM.

R. Spiritus Vini rectificatiſſimi partes quatuor.
Senſim et guttatim inſtilletur
Acidi ſulphurici pars una, adde
Coccinellae, quantum ſufficit ad Tincturam ſaturandam.
Digeſta per triduum filtrentur.

ELIXIR AROMATICUM ACIDUM.

(*Elixir Vitrioli Mynſichti.*)

R. Eſſentiae aromaticae Libram unam,
inſtilla
Acidi ſulphurici concentrati Unciam dimidiam.

ELIXIR BALSAMICUM STOMACHICUM AD MODUM HOFMANNI.

R. Flavedinis Corticum Aurantiorum recentium,
Corticis Peruviani optimi, ſingulorum Unciam dimidiam,
Extracti Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Myrrhae electae, ſingulorum Drachmas duas,

Salis Tartari Unciam dimidiam.
Incisis et contusis affundatur
Vini Canariensis Libra una.
Per triduum digesta decanthentur.

ELIXIR PAREGORICUM LONDINENSE.

R. Acidi Benzoïci,
Opii, singulorum Drachmam unam,
Camphorae Scrupulos duos,
Olei Anisi Drachmam dimidiam,
Spiritus Vini rectificati Uncias viginti quatuor.
Mixta digere leni calore et cola.

Nota. Quaelibet Uncia Opii circiter grana duo continet.

ELIXIR PECTORALE,

VULGO REGIS DANIAE SEU RINGELMANNI.

R. Extracti Liquiritiae Uncias sex,
Aquae Foeniculi Libram unam,
Seminis Anisi contusi Unciam unam,
Liquoris Ammonii vinosi Libras tres.
Per viginti quatuor horas digesta colentur.

ELIXIR VITRIOLI AD MODUM MYNSICHTI.

Vid. *Elixir aromaticum acidum.*

EMPLASTRUM ADHAESIVUM.

(*Emplaſtrum Anglicum.*)

R. Ichthyocollae optimae minutim inciſae Unciam unam,
Benzoës Drachmam unam,
Spiritus vini Uncias duodecim,

immiſſa cucurbitae coquantur usque dum omnia fuerint diſſoluta. Solutio colata adhuc fervida ope penicilli magni et mollis oblinetur panno ſerico tenſo. Secundum non inducatur ſtratum, antequam primum fuerit exſiccatum. Eadem ſub cautela fiat iteratio ſtratorum, usque dum emplaſtrum requiſita craſſitie gaudeat.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

Vid. *Emplaſtrum Ceruſſae.*

EMPLASTRUM DE AMMONIACO.

R. Ammoniaci, qvantum libet,
ſolvatur in
Aceti Vini, ſufficienti quantitate.
Inſpiſſetur ad conſiſtentiam Emplaſtri et ſervetur.

EMPLASTRUM DE AMMONIACO CUM ASA FOETIDA.

R. Ammoniaci Uncias viginti quatuor,
Aſae foetidae Uncias octo,
Saponis Hiſpanici raſi Uncias quatuor,
Olei olivarum Uncias duas,

coquantur ex aquae quantitate ſufficienti, leni igne, ad emplaſtri ſpiſſitudinem.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM ORDINARIUM.

(*Emplaſtrum veſicatorium ordinarium.*

R. Cerae flavae Uncias decem,
Terebinthinae,
Olei Olivarum, ſingulorum Uncias tres.

In vaſe figulino colliquentur leni igne, liquefacta ab igne removeantur, et ſub agitatione perpetua ſenſim et exacte admiſceantur

Cantharidum recenter groſſo modo tritarum Unciae ſex.

Formentur ex maſſa magdáleones et ſerventur.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM PERPETUUM.

(*Emplaſtrum veſicatorium perpetuum.*)

R. Terebinthinae,
Pulveris Maſtiches, ſingulorum Uncias ſex,

leni calore liquatis immitte

Pulveris Cantharidum Unciam unam cum dimidia,
Euphorbii Unciam unam.

Fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM CERUSSAE.

(*Emplaſtrum album coctum.*)

R. Olei olivarum Libras duas,
Ceruſſae tritae Libras quatuor.

Oleo calefacto injiciatur ceruſſa. Coquantur leni igne ſub agitatione et jugi pauxilli aquae inſtillatione, ad emplaſtri conſiſtentiam; tunc adde

Cerae albae Uncias ſex,

colliqueſcant, ut fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM CICUTAE.

R. Cerae flavae Libram unam,
Colophonii,
Olei olivarum, singulorum Libram dimidiam,
colliquatis ac paulo refrigeratis admisce
Pulveris Herbae Cicutae virosae Libram unam,
ut fiat Emplastrum.

Eodem modo paratur
EMPLASTRUM HYOSCYAMI,
CONII MACULATI.

EMPLASTRUM COMMUNE s. DIACHYLON SIMPLEX.

R. Olei Olivarum Libras sex,
Lithargyrii Libras tres.
Coquantur leni igne, adjecto jugiter pauxillo aquae, in Emplastrum.

EMPLASTRUM DIACHYLON COMPOSITUM.

Vid. *Emplastrum gummosum.*

EMPLASTRUM DE EUPHORBIO.

(*Emplastrum Ischiadicum.*)

R. Picis nigrae Uncias quatuor,
Euphorbii triti Drachmam unam cum dimidia,
Terebinthinae Venetae Drachmas sex,
colliquando misceantur in emplastrum.

EMPLASTRUM FOETIDUM.

R. Galbani Uncias duodecim,
Tacamahacae tritae,
Cerae flavae, fingulorum Uncias fex,
Afae foetidae,
Seminum cumini contritorum,
Terebinthinae Venetae, fingulorum Uncias quatuor, colliquando mifceantur, ut fiat Emplaftrum.

EMPLASTRUM GRISEUM.

Vid. *Emplaftrum de lapide calaminari.*

EMPLASTRUM GUMMOSUM.

(*Emplaftrum Diachylon compofitum.*)

R. Emplaftri communis Libras duas,
Cerae flavae Uncias quatuor.
Colliquatis addantur
Terebinthinae Venetae Unciae duae,
Pulveris Gummi Ammoniaci,
Galbani, fingulorum Unciae duae,
Croci triti, in Spiritu Vini macerati et diluti, Drachmae duae.
Commifceantur in Emplaftrum.

EMPLASTRUM HYDRARGYRI.

(*Emplaftrum mercuriale.*)

R. Emplaftri communis Libram unam.
Leni igne in vafe figulino vitreato liquefacto, fenfim et fub continua agitatione admifceantur

Hydrargyri Terebinthina extincti Uncia una cum dimidia.

Mixtione penitus peracta Emplaſtrum in magdaleones formatum ſervetur.

EMPLASTRUM ISCHIADICUM.

Vid. *Emplaſtrum de Euphorbio.*

EMPLASTRUM DE LAPIDE CALAMINARI.

(*Emplaſtrum gryſeum.*)

R. Emplaſtri communis,
Lapidis calaminaris praeparati,
ſingulorum Libram unam cum dimidia,
Cerae flavae Uncias ſex,
Sebi hircini,
Terebinthinae,
ſingulorum Unciam unam cum dimidia.

Debito ordine colliquentur et commiſceantur, ut fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM MELILOTI.

R. Sebi cervini Libras quatuor,
Olei olivarum Libram unam,
Reſinae pini Libras ſex,
Cerae flavae Libras tres,
Gummi Ammoniaci Uncias quatuor.

Liquatis et ſemirefrigeratis paullatim admiſce
Pulveris Herbae et Florum Meliloti Libras duas,
Abſinthii Libram unam,
ut fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM MERCURIALE.

Vid. *Emplastrum Hydrargyri.*

EMPLASTRUM MINII CAMPHORATUM.

(*Emplastrum noricum.*)

℞. Minii subtilissime triti Libram unam,
Olei olivarum Libras duas,
Aceti vini semilibram,

ad emplastri mollioris consistentiam et colorem subfuscum coctis, addatur
Cerae flavae Uncia una cum dimidia,

nondum plane refrigeratis immisceantur
Camphorae cum Oleo olivarum tritae Drachmae duae.

EMPLASTRUM MIRACULOSUM.

Vid. *Emplastrum saponatum.*

EMPLASTRUM PICEUM.

Vid. *Emplastrum sticticum.*

EMPLASTRUM SAPONATUM.

(*Emplastrum miraculosum.*)

℞. Emplastri communis Libras tres,
Cerae flavae Libram dimidiam,
Saponis Hispanici Uncias tres,

leni igne mixtis et aliquantulum refrigeratis adde
Camphorae Unciam dimidiam in
Oleo olivarum pauxillo solutam.

EMPLASTRUM STICTICUM.

(*Emplaſtrum piceum.*)

R. Cerae citrinae,
Reſinae pini,
Picis nigrae, ſingulorum Libram unam,
Sebi hircini Unciam unam cum dimidia,
liquata colentur, fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

Vid. *Emplaſtrum Cantharidum ordinarium.*

EMPLASTRUM VESICATORIUM PERPETUUM.

Vid. *Emplaſtrum Cantharidum perpetuum.*

ESSENTIA ABSINTHII.

R. Summitatum Abſinthii conciſarum partem unam,
Spiritus Vini rectificati partes quatuor.
Digerantur leni calore per triduum; fortiter exprimantur et filtrentur.

Ad hanc normam parantur
Essentia centaurei minoris,
trifolii fibrini.

ESSENTIA AMARA.

R. Herbae Abſinthii Uncias duas,
Foliorum Cardui benedicti,
Radicis Gentianae,
Pomorum Aurantii immaturorum, ſingulorum Unciam dimidiam,

Seminis Anisi Drachmam unam,
incisis et contusis affundantur
Spiritus Vini Gallici Librae tres,
digesta per triduum exprimantur et filtrentur.

ESSENTIA AROMATICA.

R. Cassiae Cinnamomeae Uncias duas,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Galangae,
Zingiberis, singulorum Unciam dimidiam,
contusa digerantur cum
Spiritus Vini rectificati Libris duabus.
Filtra et serva.

ESSENTIA ASAE FOETIDAE.

R. Asae foetidae electae et comminutae Uncias duas,
Spiritus Vini rectificati Uncias duodecim.
Leni calore per triduum digesta exprimantur et filtrentur.

Secundum hanc normam parantur
ESSENTIA CASTOREI,
MYRRHAE,
BENZOËS.

ESSENTIA CANTHARIDUM.

R. Pulveris Cantharidum Drachmam unam,
Spiritus Vini rectificati Uncias quatuor.
Lenissimo igne digerantur per biduum et filtrentur.

ESSENTIA CASTOREI AETHEREA.

R. Caſtorei genuini minutim conciſi Unciam unam,
Spiritus ſulphurico-aetherei Uncias ſex.

Macera in vitro clauſo, per dies octo, ſaepius ſubinde agitando, tum filtra et ſerva.

ESSENTIA CORTICUM AURANTIORUM.

R. Corticis exterioris Aurantiorum (Curaſſavienſium dictorum) Uncias duas,
Spiritus Corticum Aurantiorum Uncias decem.

Per quatriduum digeſta exprimantur et filtrentur.

ESSENTIA CORTICUM CASCARILLAE.

R. Corticis Caſcarillae conciſae partem unam,
Spiritus Vini rectificati partes quinque.

Per quatriduum digeſta exprimantur et filtrentur.

Ad eandem normam parantur

Essentia corticis peruviani simplex,
cinnamomi,
gentianae,
pimpinellae,
vincetoxici,
ligni quassiae,
gei urbani.

ESSENTIA CORTICIS PERUVIANI COMPOSITA.

R. Pulveris Corticis Peruviani Uncias quatuor,
Radicis Gentianae Uncias duas,

Flavedinis Corticum Aurantiorum concifae Unciam dimidiam.
Mifceantur et infundantur

Spiritus Vini Gallici Libris quatuor.

Digerantur in balneo arenae per fex dies; deinde colentur.

ESSENTIA SCILLAE.

R. Radicis Scillae ficcatae concifae Uncias fex,
Spiritus Vini Gallici Libras duas.

Leni calore per quatriduum digefta exprimantur et filtrentur.

Ad eandem normam paratur

ESSENTIA CORTICIS VIRIDIS NUCUM JUGLANDIS.

ESSENTIA STIBII.

Vid. *Vinum ftibiatum.*

ESSENTIA VALERIANAE AMMONIATA.

R. Radicis Valerianae minoris recenter pulveratae Uncias duas,
Liquoris Ammonii vinofi Uncias duodecim,

digerantur frigide in cucurbita claufa per plures dies, vas faepius agitando. Tincturam faturatam et colatam in vitro obturato ferva.

EXTRACTUM ABSINTHII.

R. Summitatum Abfinthii vulgaris minutim concifarum, quantum vis,
Aquae fimplicis octuplum,

coquantur in vafe ftanneo per horae quadrantem et exprimantur. Refiduum ex Aquae quadruplo iterum per quadrantem horae leniter coque. Decocta prout fubfederint colata, evaporent leni calore, ad extracti fpiffitudinem.

Pari modo parantur

EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI.
CASCARILLAE.
CENTAURII MINORIS.
CHAMOMILLAE VULGARIS.
CORTICIS GEOFFREAE.
PERUVIANI.
FUMARIAE.
GENTIANAE.
HIPPOCASTANI.
MARRUBII.
MILLEFOLII.
RHEI.
TRIFOLII.

EXTRACTUM ACONITI.

R. Herbae Aconiti recentis ante florum eruptionem collectae, quantum placet,

contunde in mortario ferreo feu lapideo, cum tantillo aquae, fuccum exprime, ac leni igne fub continua agitatione ad formam extracti redige.

Ad hanc normam parantur

EXTRACTUM BELLADONNAE.
CICUTAE VIROSAE.
CONII MACULATI.
CHELIDONII.
DATURAE.
HYOSCYAMI.
NUCUM JUGLANDIS.

EXTRACTUM ALOËS.

Vid. *Aloë depurata.*

EXTRACTUM CORTICUM AURANTIORUM.

R. Corticum Aurantiorum Libram unam,
incisis affundantur
Spiritus Vini rectificati Librae duae,
Aquae communis Librae quatuor,
digesta in balneo aquae exprime, ex liquore colato Spiritum Vini e balneo aquae destillando elice, et residuum ad extracti consistentiam evapora.

Eodem modo para

EXTRACTUM COLUMBO.
HELLEBORI.
VALERIANAE.

EXTRACTUM LIGNI GUAJACI.

R. Ligni Guajaci rasurae, quantum vis,
Aquae communis decuplum,
coquantur in vase clauso vel Olla Papini per horam, et liquor coletur. Eodem modo coctio bis terve ex aqua recenti repetatur. Decocta colata in balneo aquae, continuo sub finem spathula lignea agitando, evaporent ad extracti spissitudinem.

Eadem methodo paratur

EXTRACTUM QUASSIAE.

EXTACTUM OPII.

(*Opium depuratum.*)

R. Opii crudi Uncias quatuor,
in fruſtula minuta conciſae immittantur cucurbitae vitreae, affundantur
Aquae communis Librae quatuor.
Solutio filtrata leniſſimo balnei calore ad extracti conſiſtentiam evaporetur.

EXTRACTUM RHEI COMPOSITUM.

(*Loco Extracti catholici, panchymagogi et cathartici.*)

R. Extracti Rhei Uncias duas,
Aloës Drachmas quinque;
mixtis adde
Saponis Jalappini in Spiritu Vini rectificato ſoluti Unciam unam,
In balneo aquae evaporet agitando, ad extracti ſpiſſitudinem.

EXTRACTUM TARAXACI LIQUIDUM.

(*Mellago Taraxaci.*)

R. Radicum et Herbae junioris Taraxaci recentium Libras decem,
conciſis et contuſis adde
Aquae communis Libras ſex.
Exprime ſuccum, quem poſt unicam ebullitionem in vaſe ſtanneo cola, et
leni calore ad ſyrupi conſiſtentiam evapora.

Eodem modo paratur
MELLAGO vel EXTRACTUM GRAMINIS LIQUIDUM.

FEL BOVINUM INSPISSATUM.

Fel bovinum leni igne evaporetur ad Extracti confiſtentiam.

FERRUM OXYDATUM FUSCUM.

(*Crocus Martis apcritivus.*)

R. Cryſtallorum Ferri ſulphurici, quantum vis.
Solve in aqua calida, filtra, et inſtillando
Liquorem Kali carbonici praecipita;
praecipitatum Aqua calida ſedulo edulcora, ſicca et ſerva.

FERRUM PULVERATUM.

(*Limatura Martis praeparata, vel Chalybs praeparatus.*)

Ferri puriſſimi in ſcobem redacti, quantum vis, in pulverem ſubtiliſſimum teratur, et in vitro obturato ſervetur.

FERRUM SULPHURICUM CRYSTALLISATUM.

Vitriolum Martis; Sal Martis.

R. Aquae communis Libras quatuor,
in cucurbita vitrea immiſſis caute et gradatim inſtilla
Acidi ſulphurici Libram unam,
dein ſucceſſive adde
Ferri puri, quantum ad Acidi ſaturationem ſufficit.
Efferueſcentia plane finita liquor decanthetur, filtretur et lege artis in cryſtallos redigatur. Cryſtalli ab acceſſu aëris ſecluſi uſui ſerventur.

FLORES SULPHURIS.

Vid. *Sulphur depuratum.*

GELATINA LIQUIRITIAE.

℞. Radicum Liquiritiae exſiccatarum et excorticatarum Unciam unam, inciſae macerentur per noctem in

Aquae fontanae fervidae Libris quinque,

in colatura ſolvantur

Gummi Arabici electi Librae quatuor,

Sacchari albi Librae duae.

Colata coquantur ad dimidias. Ablata ſpuma effundatur Gelatina in capſulas lamineas, Oleo Amygdalino illitas, et leni calore exſiccetur.

GLOBULI TARTARI MARTIATI.

℞. Ferri puri pulverati Libram unam,

Tartari depurati in pulverem redacti Libras tres,

Mixta in vaſe ferreo, aqua fervida humecta. Maſſam pultiformem exſicca, ac iterum in pulverem redige repetitis vicibus, ut fiat ſolutio ferri perfecta. Demum formetur in globulos.

HEPAR ANTIMONII.

Vid. *Kali ſulphurato ſtibiatum.*

HEPAR SULPHURIS CALCAREUM.

Vid. *Calcaria ſulphurata.*

HEPAR SULPHURIS SALINUM.

Vid. *Kali ſulphuratum.*

HYDRARGYRUM MURIATICUM CORROSIVUM.

(*Mercurius ſublimatus corroſivus.*)

R. Hydrargyri puri Libras quinque,

Acidi ſulphurici concentrati Libras tres.

Abſtracto per retortam liquore ad ſiccitatem, maſſae reſiduae in mortario vitreo admiſceantur

Natri muriatici ſiccati Librae quatuor cum dimidia.

Sublimentur in cucurbita capaci, alembico inſtructa.

HYDRARGYRUM MURIATICUM MITE.

(*Mercurius dulcis; Calomelas.*)

R. Hydrargyri muriatici corroſivi partes quatuor,

Hydrargyri puri partes tres.

Miſce terendo in mortario vitreo aut lapideo, ſpiritus vini aliquot guttulas ſubinde inſpergendo, donec globuli Hydrargyri penitus diſparuerint. Immitte cucurbitae, et ſublima. Maſſam ſublimatam tere, et denuo ſublima; dein in pulverem ſubtiliſſimum redige, aqua deſtillata fervida probe lava, ſicca, et in vaſe clauſo ſerva.

HYDRARGYRUM MURIATICUM PRAECIPITATUM.

(*Mercurius praecipitatus albus.*)

R. Hydrargyri nitrici Uncias octo,

ſolve in Aquae deſtillatae quantitate ſufficiente, et filtra. Solutioni admiſce

Ammonii muriatici in aqua ſoluti Uncias quatuor.

Liquori diluto ſenſim inſtilla

Natrum carbonicum, in aqua ſolutum, quantum ad praecipitationem ſufficit.

Praecipitatum aqua deſtillata lava et ſicca.

HYDRARGYRUM NITRICUM.

(*Mercurius nitrofus.*)

R. Hydrargyri puri Unciam unam,
cucurbitae vitreae immiffo affundatur
Acidi nitrici, quantum ad folutionem fufficit,
cucurbita vafi imponatur aqua frigida repleto, et faepius agitetur, fic mifcela folutioni per plures dies committatur. Cryftalli, fi quae formatae fuerint, folvantur, et liquido admifceantur. Liquor filtretur, in cryftallos redigatur, quae loco frigido exficcentur, et in vitro claufo ferventur.

HYDRARGYRUM OXYDATUM RUBRUM.

(*Mercurius praecipitatus ruber.*)

R. Hydrargyri puri Libram unam,
Acidi nitrici, quantum fufficit ad perfectam folutionem.
Soluta ex retorta abftrahantur ad ficcitatem, igne poftremo in tantum aucto, ut Hydrargyrum in fundo retortae aequaliter induxerit rubrum fplendidumque colorem.

HYDRARGYRUM OXYDATUM NIGRUM.

(*Mercurius folubilis.*)

R. Hydrargyri nitrici, quantum volueris,
folve in aquae deftillatae quantitate fufficiente, et filtra. Liquori diluto fenfim inftilla
Liquoris Ammonii cauftici, quantum fufficit ad hydrargyrum praecipitandum.
Pulverem aqua deftillata fervida ablue, ficca, et in vitro claufo ferva.

HYDRARGYRUM STIBIATO-SULPHURATUM.

(*Aethiops antimonialis.*)

R. Stibii ſulphurati nigri pulveriſati Unciam unam,
Hydrargyri puri Unciam dimidiam.

Miſce terendo in mortario ferreo vel vitreo, usque quo omnes Hydrargyri globuli diſparuerint.

HYDRARGYRUM SULPHURATUM NIGRUM.

(*Aethiops mineralis.*)

R. Sulphuris depurati,
Hydrargyri puri, partes aequales.

Terantur in mortario vitreo vel lapideo, donec Hydrargyrum plane dispareat.

INFUSUM SENNAE COMPOSITUM.


(*Aqua laxativa, Decoctum laxativum Vienneſe.*)

R. Foliorum Sennae electorum Unciam unam et dimidiam,
Paſſularum minorum Drachmas ſex,
Seminis Coriandri Drachmas duas,
Tartari ſolubilis Drachmas quinque.

Inciſis et contuſis adfundantur
Aquae fontanae bullientis Unciae viginti quatuor.

Per aliquot horas digeſta bulliant leniter, ad colaturae expreſſae uncias quatuordecim, in qua ſolvantur
Mannae Calabrinae Unciae quinque.

Iterum colentur.



KALI ACETICUM.

(*Terra foliata Tartari.*)

R. Kali carbonici, quantum placet,

Aceti deſtillati, quantum ſufficit ad perfectam ſaturationem.

Liquor in vaſe porcellaneo evaporatione ad minorem quantitatem redactus, ope pulveris carbonum filtratus, leniſſimo calore inſpiſſetur. In vaſe bene clauſo, loco calido ſervetur.

KALI CARBONICUM.

(*Alcali vegetabile aëratum, Cineres clavellati depurati, Sal Tartari, Sal plantarum.*)

Tartari crudi fruſtula in retorta terrea, crucibulo, aut charta humectata tantummodo obvoluta, inter carbones ardenter urantur, quousque fumus penitus deſinit. Cineres remanentes contriti in aqua deſtillata ſolvantur, et liquor colatus ad ſiccitatem evaporetur. Perfecte Acido carbonico ſaturatum Kali obtinetur, ſi iterum in aqua carbonata ſolvitur, et evaporando in cryſtallos redigitur.

KALI CAUSTICUM SICCUM.

(*Lapis cauſticus.*)

R. Lixivii Kali cauſtici, quantum placet.

In vaſe ferreo mundiſſimo eo usque lente coquatur, donec guttula in laminam metallicam frigidam effuſa ſtatim indureſcat; tunc maſſa crucibulo immittatur, fortiorique igni committatur, donec inſtar olei, et colore rubicundo fluxerit; ita fluens ſubito effundatur in modulum peculiarem ferreum, antea calefactum, oleoque olivarum illitum, et antequam dureſcat, in fruſta

difcindatur parva, quae adhuc calida in vitrum prius calefactum bene obturatum immiffa, loco calido ufui ferventur.

KALI SULPHURATUM.

(*Hepar fulphuris, Hepar fulphuris falinum.*)

R. Sulphuris puri Uncias octo,
Kali carbonici ficcati Libram unam.

Mixta in crucibulo amplo tecto leni igne funde, ut in maffam coëant; quae in laminam lapideam vel aeneam effundatur, et frigefacta mox vafi vitreo probe claudendo immittatur.

KALI SULPHURATO-STIBIATUM.

(*Hepar antimonii.*)

R. Stibii fulphurati nigri,
Kali nitrici ficcati, partes aequales.

Pulverata et mixta fenfim immitte in crucibulum, inter prunas jam bene candentem: detonatione peracta, igne gradatim aucto, maffa fundatur; quae frigefacta ufui fervetur.

KALI SULPHURICUM.

(*Arcanum duplicatum, Tartarus vitriolatus.*)

Maffa falina poft deftillationem Acidi nitrici remanens, in aquae quantitate fufficiente coquendo folvitur, et Acidum, fi abundat, cum Kali carbonico faturatur. Liquor filtretur, evaporetur, et ad cryftallifationem in loco frigido feponatur. Collectae cryftalli leniter exficcentur.

KALI TARTARICUM.

(*Tartarus tartarisatus.*)

℞. Kali carbonici Uncias octo,
Aquae communis Libras octo,
coquantur ad solutionem, inter bulliendum inspergendo
Tartari depurati triti, quantum ad perfectam saturationem sufficit.
Liquor filtratus evaporetur leni calore ad siccum.

LAPIS CAUSTICUS.

Vid. *Kali causticum siccum.*

LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI.

Vid. *Tinctura opii crocata.*

LAUDANUM LIQUIDUM WARNERI.

Vid. *Tinctura opii ammoniata.*

LINIMENTUM AMMONIATUM.

(*Linimentum volatile.*)

℞. Olei Olivarum Uncias duas,
Liquoris Ammonii caustici Unciam dimidiam.
Misceantur.

LINIMENTUM AMMONIATO-CAMPHORATUM.

(*Linimentum volatile camphoratum.*)

℞. Olei Olivarum Uncias duas,
Camphorae Drachmam unam,
Liquoris Ammonii caustici Unciam dimidiam.
Misce.

LIQUOR AMMONII ACETICI.

(*Spiritus Mindereri.*)

R. Ammonii carbonici ficci Uncias tres,

Paulatim inftilletur, fubinde agitando,

Aceti concentrati, quantum fufficit, donec non amplius effervefcant. Diluatur poftea aqua deftillata fimplici, ut totius pondus fit unciarum viginti quatuor.

LIQUOR AMMONII CARBONICI AQUOSUS.

(*Spiritus Salis ammoniaci aquofus.*)

R. Kali carbonici Libram unam cum dimidia,

Ammonii muriatici Libram unam.

Immiffis in retortam vitream, et probe mixtis adde

Aquae communis Libras octo.

Leni igne deftillentur librae quatuor.

LIQUOR AMMONII CAUSTICUS.

(*Spiritûs Salis ammoniaci cum calce.*)

R. Calcariae uftae Libras duas,

afperge aqua, ut in pulverem fatifcat, dein mifce in cucurbita vitrea cum

Ammonii muriatici probe ficcati et pulverati Libris duabus,

Aquae communis Libris tribus,

adaptetur alembicus, cum excipulo fatis capaci

Aquae deftillatae Libram dimidiam continens, juncturisque bene claufis, inftituatur deftillatio calore remiffiori, qua Liquoris Librae duae cum dimidia eliciantur, qui vafe optime claufo fervetur.

LIQUOR AMMONII PYRO-OLEOSI.

(*Spiritus Cornu cervi rectificatus.*)

Liquor ammonialis, ex deſtillatione cornu cervi aut aliorum oſſium, una cum Ammonio ſicco ac Oleo foetido obtentus et ſeparatus, blando calore rectificetur.

LIQUOR AMMONII PYRO-OLEOSI SUCCINICI.

(*Liquor Cornu cervi ſuccinatus.*)

R. Acidi Succini, quantum placet,

Liquoris Ammonii pyro-oleoſi, quantum ſatis ad ſaturationem.

Filtra, et in vaſe probe clauſo uſui ſerva.

LIQUOR AMMONII VINOSUS.

(*Spiritus Salis ammoniaci vinoſus.*)

R. Liquoris Ammonii cauſtici partem unam,

Spiritus Vini rectificatiſſimi partes duas.

Miſce, et in vitro probe clauſo uſui ſerva.

LIQUOR ANODYNUS MARTIALIS.

Vid. *Spiritus ſulphurico-aethereus martialis.*

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS HOFMANNI.

Vid. *Spiritus ſulphurico-aethereus.*

LIQUOR BELLOSTI.

Vid. *Liquor Hydrargyri nitrici.*

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

Vid. *Liquor Ammonii pyro-oleoſi ſuccinati.*

LIQUOR KALI ACETICI.

(*Liquor Terrae foliatae tartari.*)

R. Kali acetici ſicci Libram unam,
Aquae deſtillatae ſimplicis Libras duas.
Solve et filtra.

LIQUOR KALI CARBONICI.

(*Oleum Tartari per deliquium.*)

R. Kali carbonici ſicci Libram unam,
ſolve in
Aquae deſtillatae ſimplicis Libris duabus.
filtra et ſerva.

LIQUOR HYDRARGYRI NITRICI.

(*Liquor Belloſti.*)

R. Hydrargyri nitrici Drachmas duas,
Aquae communis deſtillatae Unciam unam.
Solvantur leni calore.

LIQUOR ſ. LIQUAMEN MYRRHAE.

Myrrha electa ſolvatur in Hydromellite, quantum admittit.

LIQUOR NERVINUS.

Vid. *Spiritus ſulphurico-aethereo-camphoratus.*

LIQUOR SAPONIS STIBIATI.

(*Sulphur auratum liquidum; Tinctura Antimonii Jacobi.*)

R. Saponis ſtibiati Uncias octo,
Tincturae kalinae,
Aquae deſtillatae ſimplicis, ſingularum Uncias duodecim.
Digerantur leni calore, ſubinde agitando liquorem; quem filtratum ſerva.

LIQUOR STIBII MURIATICI.

(*Butyrum Antimonii.*)

R. Stibii oxydulati fuſci Uncias quinque,
Natri muriatici ſiccati Uncias ſedecim.
Mixtis in mortario vitreo, et in retortam vitream tubulatam immiſſis, affunde
Acidi ſulphurici concentrati Uncias quatuor,
Aquae communis Unciis ſex
antea dilutas. Fiat deſtillatio ex balneo arenae, igne gradatim aucto ad ſiccum.

LIQUOR STYPTICUS LOFFII.

(*Oleum Martis.*)

Reſiduum ſalinum ex ſublimatione Ammonii muriatici martiati patinae vitreae immittitur et in cella reponetur, donec in liquorem diſſluit flavum, qui filtratus in vitro rite clauſo ſervetur.

LIQUOR TERRAE PONDEROSAE SALITAE.

Vid. *Solutio Barytae muriaticae.*

MAGNESIA CARBONICA.

(*Magnefia alba; Magnefia Salis amari.*)

R. Magnefiae fulphuricae, quantum volueris.

Solvatur in Aquae ferventis quantitate fufficiente. Solutioni filtratae et in lebete ftanneo immiffae, coquenti, inftilletur Liquor Natri carbonici, quamdiu inde lactefcat; dein Aqua fervida diluatur, et per linteum coletur. Magnefia remanens fedulo edulcoretur, atque ficcetur.

MAGNESIA USTA.

(*Magnefia calcinata.*)

R. Magnefiae carbonicae, quantum placet,

in crucibulo tecto expone igni tam forti, ut rubeat per bihorium, et Acidum carbonicum perfecte expellatur; quae reftat, frigefacta in vitro obturato fervetur.

MEL DESPUMATUM.

Mel commune cum Aquae puriffimae quarta parte coctum, atque probe defpumatum, per laneum colum trajiciatur, et ad Syrupi confiftentiam coquatur.

MEL ROSATUM.

R. Mellis defpumati, quantum libet,

Aquae Rofarum quartam partem.

Cocta et defpumata colentur et ad Syrupi confiftentiam coquantur.

MELLAGO TARAXACI.

Vid. *Extractum Taraxaci liquidum.*

NATRUM ACETICUM.

(*Terra foliata Tartari cryſtalliſata.*)

R. Natri carbonici, quantum vis,
immittatur vaſi vitreo majori, eique ſucceſſive affundatur
Aceti vini deſtillati, quantum ad ſaturationem requiritur.
Liquor filtratus leniter ad punctum cryſtalliſationis evaporetur, et loco ſeponatur frigido; cryſtalli obtentae in vitro clauſo ſerventur.

NATRUM PHOSPHORICUM.

(*Soda phosphorata.*)

R. Natri carbonici, quantum vis,
Acidi phosphorici diluti, quantum ad ſaturationem requiritur.
Liquor filtratus ad cryſtalliſandum evaporet; cryſtalli collectae in vaſe clauſo ſerventur.

NATRUM SULPHURICUM CRYSTALLISATUM.

(*Sal mirabile Glauberi.*)

Reſiduum ſalinum ex deſtillatione Acidi muriatici obtentum conteratur et in aqua communi ſolvatur. Solutio Natri carbonici addatur, donec hoc aliquatenus praevaleat. Liquor filtratus ad pelliculam evaporet, et loco frigido ad cryſtalliſandum ſeponatur. Cryſtallos collectas in vaſe clauſo uſui ſerva.

Nota. Aëri expoſitum aquam in cryſtallis contentam perdit, et in pulverem album ſatiſcit.

OLEUM ABSINTHII AETHEREUM.

R. Summitatum Abſinthii recentium ante florum evolutionem decerptarum modiceque ſiccatarum Libras decem,

Aquae communis Libras ſexaginta,
deſtillentur ex veſica, oleumque aquae innatans ſeparetur. Aqua vero pro nova Abſinthii copia iteratis deſtillationibus inſervit.

Eodem modo parantur

OLEUM BACCARUM JUNIPERI,
FLORUM LAVENDULAE,
HERBAE MAJORANAE,
MENTHAE CRISPAE,
PIPERITAE,
ORIGANI CRETICI,
RORISMARINI ſ. ANTHOS,
TANACETI,
THYMI,
SEMINIS ANISI,
CARVI,
FOENICULI,
nec non OLEUM CARYOPHYLLORUM,
CINNAMOMI,
MACIS,
quod e retorta vitrea deſtilletur.

OLEUM ABSINTHII COCTUM.

R. Herbae Abſinthii recentis contuſae Libram unam,
Olei Olivarum Libras tres;
coquantur ſub continua agitatione Spathula lignea, ad omnem humiditatis conſumtionem. Oleum exprime, cola et ſerva.

Eadem methodo parentur

OLEUM CHAMOMILLAE VULGARIS,
HYOSCYAMI,
HYPERICI COCTUM.

OLEUM AMYGDALARUM.

Ex Amygdalis recentibus dulcibus vel amaris contufis, et cilicio inclufis, preli laminis aqua fervida calefactis, exprime oleum.

Similiter parentur

OLEUM FRUCTUUM FAGI, } ablato antea cortice.
SEMINUM RICINI, }
LINI.

OLEUM ANIMALE AETHEREUM.

(*Oleum animale Dippelii.*)

R. Olei animalis foetidi, quantum placet;
infunde cucurbitae vitreae, ope infundibuli vitrei longo tubulo inftructi, ne cucurbitae latera inquinentur. Tum alembico et excipulo, probe luto junctis, leniffimo balnei arenae calore, deftilla tamdiu quam oleum limpidum tranfit. Oleum hoc eadem cautela, cucurbitae novae cum aquae quadruplo infundatur, et applicato alembico ac vafe recipiente, deftillatio repetatur, dum limpidiffimum, aquae inftar, prodit. Oleum aethereum in lagenulis vitreis exacte claufis et fub aqua demerfis fervetur.

OLEUM ANIMALE FOETIDUM.

(*Oleum Cornu cervi foetidum.*)

Obtinetur deftillatione Cornu cervi una cum Ammonio ficco ac Liquore Ammonii pyro-oleofo.

OLEUM CACAO.

(*Butyrum Cacao.*)

R. Nucum five Seminum Cacao, quantum placet.
Leni igne tosti, a corticibus liberati et contusi, in vase ferreo leniter calefacti, in saccum immittantur, et prelo, cujus laminae in aqua fervida calefactae sint, exprimantur. Oleum butyraceum sic obtentum cum aquae duplo digere in balneo arenae, donec a foecibus subsidentibus liberatum sit. Frigefactum ab aqua separa et usui serva.

OLEUM CAMPHORATUM.

R. Camphorae partem unam,
Olei Olivarum partes quatuor.
Terendo solvantur.

OLEUM CERAE.

R. Cerae flavae rasae,
Calcariae ustae pulveratae, singularum Libram unam;
fiat destillatio e retorta vitrea, arenae balneo immissa. Oleum elicitum nova destillatione supra
Calcariae ustae Libram dimidiam,
rectifica.

OLEUM CORNU CERVI FOETIDUM.

Vid. *Oleum animale foetidum.*

OLEUM MARTIS.

Vid. *Liquor stypticus Loffii.*

OLEUM NUCISTAE.

(*Oleum Nucis Moſchatae.*)

R. Nucum Moſchatarum, quantum placet;
in mortario ferreo calido in paſtam contuſas, et ſacculo cannabino incluſas, aquae bullientis vapore impraegna, et prelo, laminis aqua fervida calefactis, exprime oleum.

OLEUM OVORUM.

R. Ovorum recentium ad duritiem in aqua coctorum, quantum vis;
vitelli exemti, contriti, in ſartagine calefacti, ope piſtilli lignei agitentur, donec rufeſcant, vel pinguedinem exſudent: tum adhuc fervidos ſacculo incluſos prelo ſubjice, oleumque elice.

OLEUM SUCCINI.

Oleum deſtillatione Acidi Succinici obtentum, cum aquae ſextuplo mixtum, e retorta vitrea denuo deſtilla, et in vaſe probe clauſo uſui ſerva.

OPIUM DEPURATUM.

Vid. *Extractum Opii.*

OXYMEL SCILLITICUM.

R. Mellis deſpumati Uncias triginta.
Leni igne evaporatis, ad conſumtionem circiter ſex vel octo Unciarum addantur

Aceti ſcillitici Unciae duodecim.

Coquantur in vaſe figulino vitreato, ad conſiſtentiam Syrupi tenuioris.

OXYMEL SIMPLEX.

Paratur uti Oxymel ſcilliticum, niſi quod, loco Aceti ſcillitici, Acetum vini illud ingrediatur.

PASSULAE LAXATIVAE.

R. Foliorum Sennae Uncias quatuor,
Coquantur in
Aquae ſimplicis Unciis decem.
Verſus finem coctionis addantur
Cinnamomi Drachmae tres.
Expreſſa ebulliant cum
Sacchari albi Libra una.
Syrupus colatus ſuperfundatur Paſſularum minorum Librae unae.

PASTA ALTHEAE.

R. Radicis Altheae conciſae Uncias tres,
infunde cum
Aquae bullientis Libris octo
per noctem, et poſt unicam ebullitionem cola. In colatura ſolvantur
Gummi Arabici,
Sacchari albi, ſingulorum Librae tres.
Cola, et ſpathula lignea continue agitando, leni calore ad Mellis conſiſtentiam evapora, ut albeſcat; deinde admiſce
Albumina quadraginta ovorum recentium in ſpumam quaſſata,
Aquae florum Aurantiorum Uncias ſex.
Leniſſimo calore ad juſtam conſiſtentiam ſub perpetua agitatione inſpiſſetur. Effunde in capſulas papyraceas, et loco calido penitus exſicca, tandem in taleolas ſciſſa ſervetur.

PHOSPHORUS.

R. Acidi phosphorici Libras tres,
in crucibulo fusis adde continue movendo
Pulveris carbonum Libram unam.

Maſſam adhuc calidam in mortario lapideo tere, ac dein retortae figulinae loricatae immitte, cui, mediante luto pingui, excipulum applicetur amplum, aqua frigida paene repletum, et tubulo parvo in parte ſuperiori munitum, per quem gas exire poſſit. Deſtillatio fiat igne aperto et ſenſim aucto ad retortae candeſcentiam, donec guttae tranſire ceſſent.

Phosphorus elicitus, ſi nondum ſatis purus appareat, rectificetur deſtillatione e retorta vitrea, blando arenae calore, in excipulum ſufficienti Aquae quantitate repletum.

PILULAE APERIENTES ſ. CONTRA OBSTRUCTIONEM.

Ex Extracto Rhei compoſito formentur lege artis Pilulae ad pondus Granorum duorum.

PILULAE AETHIOPICAE.

R. Hydrargyri puri Drachmas ſex,
Sulphuris ſtibiati aurantiaci Unciam dimidiam.

In mortario vitreo ad perfectam globulorum exſtinctionem tritis addantur et commiſceantur
Saponis Hiſpanici,
Reſinae Guajaci, ſingulorum Uncia dimidia,
Syrupi communis, quantum ſufficit,
ut fiat Maſſa, e qua formentur pilulae.

PILULAE FOETIDAE.

R. Afae foetidae Drachmam unam cum dimidia,
Camphorae Drachmam dimidiam.
Contufis tritisque addantur
Caftorei Ruffici Drachma una cum dimidia,
Olei Cornu Cervi deftillati Guttae viginti quatuor.
Mifceantur in Maffam pilularem.

PILULAE PURGANTES f. LAXANTES CUM MERCURIO.

R. Extracti Rhei compofiti Unciam unam,
Hydrargyri muriatici mitis Unciam dimidiam,
Refinae Jalappae Drachmam unam,
Olei Corticum Aurantiorum Guttas triginta.
Mifceantur in Maffam pilularem.

PILULAE RESOLVENTES.

R. Gummi Ammoniaci in aceto fcillitico foluti et infpiffati,
Saponis Hifpanici,
Extracti Cicutae, fingulorum partes aequales.
Mifce, fiat Maffa pilularis.

PILULAE SCILLITICAE.

R. Saponis Hifpanici Unciam unam,
Gummi Ammoniaci,
Pulveris Radicis Vincetoxici,

Scillae praeparatae, ſingulorum Unciam dimidiam,

Balſami Copaivae Drachmam unam.

Miſceantur in Maſſam pilularem.

PILULAE TONICO-NERVINAE.

R. Ferri ſulphurici,

Aſae foetidae,

Extracti Chamomillae, ſingulorum Unciam dimidiam.

Miſce, fiat Maſſa pilularis.

PLUMBUM ACETICUM.

(*Saccharum Saturni.*)

R. Minii partem unam,

Aceti vini partes octo,

coquantur in vaſe plumbeo, donec Acetum perfecte dulceſcat. Colata evaporentur et cryſtalliſationi committantur.

PULPA CASSIAE.

R. Fiſtularum Caſſiae, quantum lubet;

eximatur medulla cum ſeminibus, ac ſolvatur in

Aquae calidae ſufficienti quantitate.

Trajiciatur per cribrum ſetaceum, lentoque igne ad mellis conſiſtentiam redigatur; et ſingulis libris addantur

Sacchari albi Unciae quatuor.

Coquantur ad pulpae conſiſtentiam.

PULPA PRUNORUM.

Fructus pruni domeſticae maturi, exemtis nucleis, coquantur ex aquae communis quantitate ſufficienti. Liquidum per cribrum ſetaceum trajectum evaporet ad requiſitam ſpiſſitudinem. Singulis Pulpae Libris addantur

Sacchari albi Unciae quatuor.

Ad eadem normam paratur

PULPA TAMARINDORUM.

PULVIS ALTERANS EDINBURGENSIS.

R. Hydrargyri muriatici mitis, quantum volueris.

Contrito in mortario lapideo, ſub continua trituratione addantur paulatim

Sulphuris ſtibiati aurantiaci partes aequales.

Miſce.

PULVIS AËRIPHORUS.

R. Natri carbonici ſicci aqua cryſtalliſationis orbati Drachmas duas,
Pulveris Tartari depurati Drachmas ſex,
Sacchari albi vel Sacchari lactis Unciam dimidiam.

Miſce.

PULVIS DENTIFRICIUS.

R. Pulveris Tartari depurati,
Radicis Iridis Florentinae, ſingulorum Uncias duas,
Myrrhae,
Sanguinis draconis, ſingulorum Unciam unam,
Olei Caryophyllorum Guttas quadraginta.

Miſce.

PULVIS DOWERI.

Vid. *Pulvis Ipecacuanhae compositus.*

PULVIS JALAPPAE COMPOSITUS.

(*Pulvis laxans.*)

R. Radicis Jalappae praeparatae Uncias duas,
Kali sulphurici Unciam unam.
Misceantur in pulverem.

PULVIS INFANTUM.

Vid. *Pulvis Magnesiae compositus.*

PULVIS IPECACUANHAE COMPOSITUS s. PULVIS DOWERI.

R. Pulveris radicis Ipecacuanhae,
Opii, singulorum Drachmam unam,
Sacchari candidi Drachmas octo.
Misceantur in Pulverem.

PULVIS LAXANS.

Vid. *Pulvis Jalappae compositus.*

PULVIS MAGNESIAE COMPOSITUS s. INFANTUM CUM RHEO.

R. Magnesiae carbonicae,
Elaeosacchari Foeniculi,
Pulveris Rhei, singulorum Unciam dimidiam.
Misceantur in Pulverem.

PULVIS REFRIGERANS.

R. Pulveris Tartari depurati Uncias tres,
Elaeofacchari Citri,
Nitri depurati, fingulorum Unciam dimidiam.
Mifceantur et in vitro claufo ferventur.

PULVIS TEMPERANS CAMPHORATUS.

R. Pulveris refrigerantis Unciam unam et dimidiam,
Camphorae Scrupulos duos.
Mifce.

PULVIS VERMIFUGUS.

R. Florum Tanaceti,
Seminum Cynae, fingulorum Drachmas tres,
Ferri fulphurici Drachmam unam.
Conterantur in Pulverem.

RESINA JALAPPAE.

R. Radicis Jalappae contufae, quantum volueris,
Spiritus Vini rectificati fextuplum.
Digerantur in balneo arenae, ut extrahatur Tinctura. Repetatur digeftio, donec omnis extracta fuerit Refina. Tincturae filtratae, e cucurbita vitrea leni calore dimidium deftillatione abftrahatur. E refiduo praecipitetur ope aquae affufae Refina, quae, aqua probe elota, leniffimo calore ficcetur.

Eodem modo paratur

RESINA GUAJACI.

REGULUS ANTIMONII.

Vid. *Stibium purum.*

ROOB JUNIPERI.

Vid. *Succus Juniperi inſpiſſatus.*

SACCHARUM CLARIFICATUM.

Vid. *Syrupus ſacchari depurati.*

SAL MARTIS.

Vid. *Ferrum ſulphuricum cryſtalliſatum.*

SAL PLANTARUM.

Vid. *Kali carbonicum.*

SAL POLYCHRESTUM DE SEIGNETTE.

Vid. *Tartarus natronatus.*

SAL TARTARI.

Vid. *Kali carbonicum.*

SAPO ANTIMONIALIS.

Vid. *Sapo ſtibiatus.*

SAPO JALAPPINUS.

R. Reſinae Jalappae,
Saponis Hiſpanici, ſingulorum Uncias duas,
Spiritus Vini rectificati, quantum opus,
ut leni calore fiat ſolutio. Dein evapora, ad conſiſtentiam Maſſae pilularis.

SAPO STIBIATUS.

(*Sapo antimonialis.*)

R. Sulphuris ſtibiati aurantiaci Unciam unam,
Liquoris Kali cauſtici, quantum ſufficit, ut digerendo fiat ſolutio; cui adde
Aquae deſtillatae fervidae pondus triplum,
Saponis Alicantini raſi Uncias ſex.

Solutionem leni calore ad maſſae pilularis conſiſtentiam evapora. Si maſſa adhuc rubet, adde
Liquoris Kali cauſtici, quantum ſatis,
ut colorem ex albido cinereum induat.

SODA PHOSPHORATA.

Vid. *Natrum phosphoricum.*

SOLUTIO BARYTAE MURIATICAE ſ. LIQUOR TERRAE PONDEROSAE SALITAE.

R. Barytae muriaticae Scrupulum unum,
Aquae deſtillatae Uncias duas.

Soluta filtrentur.

SPECIES PRO CATAPLASMATE EMOLLIENTE ſ. PRO ENEMATE.

R. Herbae Malvae Libram dimidiam,
Meliloti,
Florum Sambuci,
Chamomillae, ſingulorum Uncias octo,

Radicum Altheae Uncias decem,
Seminum Lini Libras tres,
Incidantur et contundantur ſimul in Pulverem groſſiuſculum.

SPECIES PRO DECOCTO LIGNORUM.

R. Ligni Guajaci raſi Uncias ſex,
Saſſafras,
Radicis Bardanae, ſingulorum Uncias tres,
Liquiritiae Drachmas tres,
Stipitum Dulcamarae Unciam unam cum dimidia,
Seminis Foeniculi Drachmas duas.
Inciſa et contuſa miſceantur.

SPECIES FUMALES.

R. Ligni Rhodii Uncias duodecim,
Radicis Iridis Florentinae Uncias viginti,
Caſſiae Ligneae,
Caryophyllatae, ſingulorum Uncias quatuor,
Gummi Benzoës Libras duas,
Storacis Calamitae Uncias duodecim,
Succini citrini Libram unam,
Olibani,
Maſtichis, ſingulorum Libras duas,
Florum Roſarum rubrarum,
Lavendularum, ſingulorum Uncias ſex.
Conciſa et contuſa miſceantur.

SPECIES FUMALES OPTIMAE.

℞. Gummi Storacis,
Benzoës, ſingulorum Uncias duas,
Olibani,
Succini albi, ſingulorum Unciam unam,
Olei de Cedro,
Lavendulae, ſingulorum Guttas decem.
Conciſa in pulverem groſſiuſculum miſceantur.

SPECIES PRO INFUSO PECTORALI.

℞. Radicum Altheae Unciam cum dimidia,
Liquiritiae,
Herbae Tuſſilaginis,
Veronicae,
Florum Verbaſci,
Sambuci, ſingulorum Drachmas ſex,
Seminis Aniſi ſtellati Unciam dimidiam.
Inciſa et contuſa miſceantur.

SPECIES RESOLVENTES EXTERNAE ſ. DISCUTIENTES.

℞. Herbae Abſinthii,
Meliſſae,
Menthae Piperitae,
Origani, ſingularum Uncias quatuor,
Florum Chamomillae,
Sambuci,
Lavendulae, ſingulorum Uncias tres.
Inciſa et contuſa miſceantur.

SPIRITUS AROMATICUS f. ALEXITERIUS.

R. Cinnamomi Uncias duas,
Flavedinis Corticum Citri,
Seminis Foeniculi, fingulorum Unciam unam,
Macis Unciam dimidiam,
Menthae piperitae Uncias tres,
Spiritus Vini Gallici Libras duodecim.

Deftillatione inde eliciantur librae octo.

SPIRITUS COCHLEARIAE.

R. Herbae Cochleariae recentis cum Floribus et Seminibus Libras decem.
Contufis affundantur,
Spiritus Vini non rectificati Librae viginti.

In vefica per noctem macerata deftillentur, juncturis exacte claufis. Spiritus recenti Herbae affufus denuo deftilletur, quod ad tertiam vicem repeti poteft.

SPIRITUS CORNU CERVI RECTIFICATUS.

Vid. *Liquor Ammonii pyro-oleofus.*

SPIRITUS CORTICUM AURANTIORUM.

R. Corticum Aurantiorum Curaffavienfium Libram unam cum dimidia,
Spiritus Vini rectificati Libras octo,
Aquae communis Libras duas,

e vefica lento igne deftillentur Spiritus librae octo, Aqua communi diluendae, ac Saccharo edulcorandae.

SPIRITUS LAVENDULARUM.

R. Florum Lavendularum leniter ficcatorum Libram unam,
Spiritus Vini non rectificati Libras fex.

Per triduum digesta destillentur, e balneo arenae ad tertias, iterumque fiat destillatio super Florum recentium libram dimidiam.

Eodem modo parantur

Spiritus rorismarini,
serpylli.

SPIRITUS LAVENDULARUM COMPOSITUS.

R. Florum recentium Lavendularum Libras duas,
Rorismarini Libram unam,
Corticum Citri recentium Uncias tres,
Spiritus Vini rectificati Libras duodecim.

Destillentur e balneo arenae ad ficcitatem. In Spiritu destillato macerentur per triduum

Cinnamomi Unciae tres,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cubebarum, fingulorum Uncia una.

Colentur.

SPIRITUS MINDERERI.

Vid. *Liquor Ammonii acetici.*

SPIRITUS MURIATICO-AETHEREUS.

(*Spiritus Salis dulcis.*)

R. Natri muriatici Libram unam,
Magnefii oxydati nativi Uncias fex.

in retortam vitream immiſſis affunde

Acidi Sulphurici concentrati Uncias duodecim,

prius cum

Spiritus Vini rectificatiſſimi Unciis quadraginta octo

mixtas. Deſtillent igne leniſſimo unciae triginta ſex.

SPIRITUS NITRI ACIDUS.

Vid. *Acidum nitricum tenue.*

SPIRITUS NITRICO-AETHEREUS.

(*Spiritus nitri dulcis.*)

R. Acidi Nitrici partem unam,

inſtillando miſce cum

Spiritus Vini rectificatiſſimi partibus quinque,

ex retorta igne leniſſimo deſtilla duas tertias partes. Spiritus elicitus ſupra Magneſiam uſtam rectificetur.

SPIRITUS NITRI FUMANS.

Vid. *Acidum nitricum concentratum.*

SPIRITUS SALIS ACIDUS.

Vid. *Acidum muriaticum.*

SPIRITUS SALIS AMMONIACI AQUOSUS.

Vid. *Liquor Ammonii carbonici aquoſus.*

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE VIVA PARATUS.

Vid. *Liquor Ammonii cauſtici.*

SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS.

Vid. *Liquor Ammonii vinoſus.*

SPIRITUS SALIS DULCIS.

Vid. *Spiritus muriatico-aethereus.*

SPIRITUS SAPONATUS.

Vid. *Balſamum ſaponatum.*

SPIRITUS SULPHURICO-AETHEREUS.

(*Liquor anodynus mineralis Hoſmanni.*)

R. Aetheris ſulphurici partem unam,
Spiritus Vini rectificatiſſimi partes ſex,
miſce et ſerva.

SPIRITUS SULPHURICO-AETHEREUS CAMPHORATUS.

(*Liquor Nervinus.*)

R. Spiritus ſulphurico-aetherei Unciam unam,
in quo ſolve
Camphorae Scrupulos quatuor.
In vitro probe clauſo ſerva.

SPIRITUS SULPHURICO-AETHEREUS MARTIATUS.

(*Liquor anodynus martialis.*)

R. Ferri puri limati, quantum placet,

ſolve in quantitate ſufficiente

Acidi muriatici,

et evapora. Maſſam ſiccam in cellam repone, ut in liquorem coloris fuſci ſaturati deliqueſcat. Liquorem obtentum cum

Aetheris ſulphurici duplo

miſce conquaſſando. Aetherem hoc modo ferro impraegnatum ſepara, et cum

Spiritus Vini rectificatiſſimi duplo

miſce. Mixtum in vitris oblongis bene obturatis radiis ſolis tamdiu expone, donec color omnis evanuerit. Tum ſollicite ſerva.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

R. Spiritus Vini rectificati Libras duas,

Camphorae Uncias duas.

Solvantur.

SPIRITUS VITRIOLI.

Vid. *Acidum ſulphuricum dilutum.*

SPIRITUS VINI RECTIFICATISSIMUS.

R. Spiritus Vini rectificati, quantum libet,

deſtillet igne leni dimidia pars, Spiritum elicitum ſupra

Calcariae muriaticae partem quartam

leniſſimo igne rectifica.

SPONGIA CERATA.

Spongia tenuis exſiccata ac repurgata Cerae flavae liquefactae immergatur ac fortiter exprimatur.

STIBIUM OXYDATUM SULPHURATUM VITRIFICATUM.

(*Vitrum Antimonii.*)

R. Stibii ſulphurati triti, quantum placet.

In patina terrea non vitreata leni igne calcinetur, ſub jugi cum tenui piſtillo vitreo agitatione, ne grumeſcat Maſſa. Calcinatio protrahatur, donec fumi aſſurgere deſinant, ac maſſa in calcem griſei coloris, ſulphurem non redolentem, mutata fuerit. Haec fortiſſimo igne in crucibulo fundatur, ac, pauxillo Sulphuris maſſae difficulter fluenti adjecto, in patinam effundatur, ubi colorem pellucide hyacinthinum exhibet.

STIBIUM PURUM.

(*Regulus Antimonii.*)

R. Fruſtulorum ferri puri Uncias octo,

candentibus in crucibulo ſatis amplo paulatim adjiciantur

Stibii ſulphurati groſſiuſcule comminuti Unciae viginti quatuor.

Optime fuſis addantur

Kali nitrici quam maxime ſicci Unciae tres,

perfecte fuſa effundantur in conum fuſorium ſebo illitum, ſub jugi hujus percuſſione, quo ſubſidat Metallum reductum. Hoc refrigeratum a ſcoriis ſepara, et in pulverem redige, admiſce

Kali nitrici quam maxime ſicci partem octavam,

funde, atque a ſcoriis ſepara.

STIBIUM SULPHURATUM NIGRUM LAEVIGATUM.

(*Antimonium crudum praeparatum.*)

Stibium ſulphuratum nigrum electum, in mortario ferreo tritum, ſuper porphyritem, affuſa paululum aqua, laevigetur, donec particulae micantes diſparuerint, loco tepido ſiccandum.

SUCCUS AURANTIORUM.

Ex Aurantiis recentibus exprimatur Succus, atque defaecatus fervetur in vitro anguftioris colli, affufo Olei Olivarum pauxillo, vefica muniendo.

SUCCUS CITRI.

Paratur et fervatur, uti Succus Aurantiorum.

SUCCUS JUNIPERI INSPISSATUS.

(*Roob Juniperi.*)

Baccae Juniperi recentes, maturae, conquaffatae, coquantur in aqua communi. Succus colatus et expreffus, addita Sacchari albi quarta parte, leni igne infpiffetur ad Mellis confiftentiam.

Eodem modo parantur

Succus mororum inspissatus f. Roob mororum.
Succus inspissatus sambuci f. Roob sambuci.

SUCCUS LIQUIRITIAE DEPURATUS.

Succus Liquiritiae Hifpanicus in fruftula diffectus, et aqua tepida folutus, per pannum coletur. Faecibus fubfidentibus liquor decanthetur, ac leni calore infpiffetur.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

Vid. *Sulphur ftibiatum aurantiacum.*

SULPHUR DEPURATUM.

(*Flores Sulphuris loti.*)

Sulphur ſublimatum, quale proſtat, Aqua fervida ab acido adhaerente perfecte libera et ſiccatum ſerva.

SULPHUR PRAECIPITATUM.

(*Lac Sulphuris.*)

℞. Kali ſulphurati, quantum vis,
ſolve in
Aquae fervidae partibus viginti,
Liquori filtrato paulatim inſtilla
Acidi ſulphurici diluti, quantum ad praecipitandum ſufficit.
Praecipitatum probe edulcoratum et leniſſimo calore ſiccatum uſui ſerva.

SULPHUR STIBIATUM AURANTIACUM.

(*Sulphur auratum Antimonii.*)

℞. Stibii ſulphurati nigri laevigati partes duas,
Sulphuris depurati partes tres,
Liquoris Kali cauſtici, quantum ad ſolutionem requiritur.
Mixta coque in lebete ferreo, continue movendo ſpathula, ut fiat ſolutio perfecta; dein liquori aqua fervida diluto, et per chartam colato, inſtilla paulatim
Acidi ſulphurici diluti, quantum ad praecipitandum ſufficit.
Praecipitatum aqua tepida perfecte abluetur, leniſſimo calore ſiccetur, ac in vaſe clauſo uſui ſervetur.

SULPHUR STIBIATUM AURANTIACUM LIQUIDUM.

Vid. *Liquor Saponis ſtibiati.*

SULPHUR STIBIATUM RUBRUM.

(*Kermes minerale.*)

R. Stibii ſulphurati nigri Libram unam,
Sulphuris depurati Uncias tres.
Kali carbonici Libram unam cum dimidia.

Mixta et pulveriſata injice in crucibulum, ut igne moderato cito liqueſcant. Maſſam fuſam in mortarium ferreum effunde, et poſtquam refriguerit, in pulverem tere, quem in Aquae libris octo coque per ſemihoram, continue movendo; dein liquorem adhuc fervidum per pannum linteum filtra in vas, cui Aquae communis librae ſedecim inſunt, ac contectum in vaſe haud profundo, per quadraginta octo horas ſepone. Praecipitatum rubeo-fuſcum aqua tepida ablue, caute ſicca, et in vaſe obturato uſui ſerva.

SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

R. Succi Citri depurati et filtrati Uncias decem,
Sacchari albiſſimi Uncias ſedecim.

Mixta poſt unam alteramve ebullitionem in vaſe ſtanneo colentur.

Ad eandem Normam parantur

Syrupus berberum.
cerasorum acidorum.
fragarum.
mororum.
ribium.
rubi idaei.

SYRUPUS DE ALTHEA.

R. Radicis Altheae decorticatae Uncias tres,
Aquae fontanae Libras sex.
Coquantur ad tertiae partis consumtionem, sub finem addendo
Radicis Liquiritiae Uncias tres.
Colaturae subsidentia depuratae addantur
Sacchari albi Librae sex.
Coquantur leni igne sub continua agitatione, donec fiat Syrupus.

SYRUPUS AMYGDALARUM.

(*Syrupus emulsivus.*)

R. Amygdalarum dulcium excorticatarum Uncias octo,
in mortario lapideo pistilli lignei ope contusis, sensim adde
Aquae Rosarum Libras duas,
Florum Aurantii Unciam unam.
In emulsionis colatae unciis viginti solve
Sacchari albissimi Libras tres,
calore lenissimo fiat Syrupus.

SYRUPUS CORTICUM AURANTIORUM.

R. Flavedinis corticum Aurantiorum concisae Uncias octo,
Aquae fontanae ferventis Libras duas.
Digerantur vase clauso per sex horas. Colaturae addantur
Sacchari albi Librae quatuor,
ut fiat Syrupus.

SYRUPUS DIACODION ſ. PAPAVERIS ALBI.

R. Capitum Papaveris albi modice ſiccatorum Uncias quatuordecim,
Radicis Liquiritiae Unciam dimidiam,
Aquae fontanae bullientis Libras octo.

Per noctem macerata coquantur ad dimidias. Colaturae fortiter expreſſae addantur

Sacchari albi Librae quatuor.

Coquantur in Syrupum.

SYRUPUS E MANNA.

R. Foliorum Sennae Uncias quatuor,
Seminis Foeniculi,
Zingiberis, ſingulorum Drachmam unam,
Aquae fervidae Libras duas.

Digeſta exprimantur. Clarificata, demum admiſtis

Mannae Calabrinae Unciis ſex,
Sacchari albi Unciis viginti duabus,

coquantur in Syrupum.

SYRUPUS PAPAVERIS.

R. Florum Papaveris erratici recentium Libram unam cum dimidia,
Aquae ſimplicis deſtillatae ferventis Libras tres.

Per noctem macerata exprimantur et colaturae ad dimidias evaporatae addantur

Sacchari albi Librae tres.

Coquantur in Syrupum.

SYRUPUS RHEI.

R. Radicis Rhei concisi Uncias quatuor,
Kali carbonici Drachmas duas.
Affunde
Aquae bullientis Libras duas,
ebulliet leni igne. Expressis unciis viginti immisceantur
Sacchari albi Librae tres,
et fiat Syrupus.

SYRUPUS SACCHARI s. SACCHARUM CLARIFICATUM.

R. Sacchari albi,
Aquae fontanae, singulorum partes aequales.
Coquantur in Syrupum.

TARTARUS AMMONIATUS.

(*Tartarus solubilis ammoniacalis.*)

R. Tartari depurati triti, quantum placet,
Aquae communis octuplum,
coquantur in vase stanneo, solutis successive admisceatur
Ammonii carbonici quantitas sufficiens,
ad saturationem usque. Liquor filtratus et vasi porcellaneo immissus in balneo arenae sub agitatione ad siccitatem evaporetur. Sal siccum in vitro arctissime clauso servetur.

TARTARUS BORAXATUS.

(*Cremor Tartari solubilis.*)

R. Boracis pulveratae Libram semis,

Aquae communis Libras ſex,
vaſe ſtanneo ingerantur et coquantur; ſub ebullitione inſpergatur
Pulveris Tartari depurati Libra una cum dimidia, vel quantum ſponte ſolvitur.
Liquor filtretur, et in vaſe porcellaneo leni calore evaporetur. Sal ſiccum in pulverem tritum in vitro optime claudendo ſervetur.

TARTARUS EMETICUS.

Vid. *Tartarus ſtibiatus.*

TARTARUS NATRONATUS.

(*Sal Polychreſtum de Seignette.*)

R. Natri carbonici cryſtalliſati Libram unam,
Aquae fontanae Libras octo.
Solutio filtrata in vaſe figulino ebulliat. Inter bulliendum inſpergatur
Tartari depurati pulverati, quantum ſufficit ad ſaturationem.
Solutio denuo filtrata, ad tertias evaporata, Cryſtalliſationi committatur.

TARTARUS SOLUBILIS AMMONIACALIS.

Vid. *Tartarus ammoniatus.*

TARTARUS STIBIATUS.

(*Tartarus emeticus.*)

R. Stibii oxydulati ſulphurati vitrei triti, Unciam unam cum dimidia,
Pulveris Tartari depurati Uncias duas.
In vaſe porcellaneo immiſſis admiſce
Aquae deſtillatae, quantum requiritur,
ut fiat maſſa pulti ſimilis. Seponatur vas loco calido per tres hebdomadas,

maſſa ſaepius agitetur ſpathula lignea, et addatur ſenſim aqua, loco evaporatione conſumptae. Dein Aqua fervida diluta filtretur, et reſiduum abluatur. Liquor evaporetur et loco frigido ad cryſtalliſandum ſeponatur. Cryſtalli per vices obtentae in Pulverem tritae, vitro clauſo ſerventur.

TARTARUS TARTARISATUS.

Vid. *Kali tartaricum.*

TARTARUS VITRIOLATUS.

Vid. *Kali ſulphuricum.*

TERRA FOLIATA TARTARI.

Vid. *Kali aceticum.*

TERRA FOLIATA TARTARI CRYSTALLISATA.

Vid. *Natrum aceticum.*

TERRA PONDEROSA SALITA.

Vid. *Baryta muriatica.*

THEA AMARA.

R. Raſurae ligni Guajaci,
Baccarum Juniperi,
Foliorum Sennae,
Herbae Trifolii fibrini, ſingulorum partes aequales,
concisa et contuſa miſce.

TINCTURA ANTIMONII JACOBI.

Vid. *Liquor ſaponis ſtibiati.*

TINCTURA BENZOËS COMPOSITA.

(*Balſamum Commendatoris; Balſamum traumaticum.* Angl. *Turlington Balſam; Friars Balſam.*)

R. Benzoës Uncias tres,
Styracis in granis Unciam unam et dimidiam,
Aloës depuratae Unciam dimidiam,
Balſami Indici nigri Unciam unam,
Spiritus Vini rectificatiſſimi Libras tres.
In vaſe clauſo digere per triduum, deinde per chartam cola.

TINCTURA CATHARTICA.

R. Foliorum Sennae Uncias duas,
Radicis Jalappae Unciam unam,
Seminum Coriandri Unciam dimidiam,
Spiritus Vini rectificati Libras tres.
Digerantur per triduum et Tincturae colatae addantur
Sacchari albi Unciae quatuor.

TINCTURA FERRI ACETICI AETHEREA.

(*Aether aceticus martialis.*)

R. Ferri pulverati Uncias quatuor,
ſolve in
Acidi acetici concentrati quantitate ſufficiente.
Solutionis unciis novem admiſce
Aetheris acetici Unciam unam,
Spiritus Vini rectificatiſſimi Uncias duas.
Miſce.

TINCTURA GUAJACI AMMONIATA.

(*Tinctura Guajaci volatilis.*)

R. Resinae Guajaci nativae tritae Unciam unam,
Liquoris Ammonii vinosi Uncias sex.

Frigida digestione in vitro clauso saepius movendo extrahatur Tinctura.

TINCTURA GUAJACI SPIRITUOSA.

R. Resinae Guajaci nativae tritae Unciam unam,
Spiritus Tassiae s. Sacchari veteris Libram unam,

digerantur et serventur.

TINCTURA OPII AMMONIATA.

(*Laudanum Liquidum Warneri.*)

R. Opii puri,
Saponis Alicantini, singulorum Drachmas sex,
Nucis Moschatae contusae Drachmam unam,
Camphorae Drachmas duas,
Croci concisi Grana quadraginta,
Liquoris Ammonii vinosi Uncias novem.

Digerantur per dies decem, interdum conquassando, et decanthentur.

Nota. Drachma continet Opii grana quinque cum dimidio.

TINCTURA OPII CROCATA.

(*Laudanum liquidum Sydenhami.*)

R. Extracti Opii Uncias duas,
Croci optimi semunciam,

Cinnamomi acuti,

Caryophyllorum aromaticorum, ſingulorum Drachmam unam.

In pulverem trita infundantur

Vini Hiſpanici Libra una.

Digerantur per triduum vel quatriduum; deinde colentur et exprimantur.

Nota. Drachma continet opii grana decem.

TINCTURA OPII SIMPLEX.

R. Opii Unciam unam,

Vini Hiſpanici Uncias duodecim,

digerantur per triduum et ſerventur.

Nota. Drachma grana decem Opii continet.

TINCTURA OPII SPIRITUOSA.

R. Opii Unciam dimidiam,

Spiritus Vini rectificati Uncias viginti quatuor,

digerantur et ſerventur.

Nota. Drachma grana quatuor Opii circiter continet.

TINCTURA RHABARBARI AQUOSA.

(Antea *Anima Rhei.*)

R. Rhabarbari electi tenuiter inciſi Unciam unam,

Kali carbonici Drachmas duas,

Aquae fontanae bullientis Uncias decem.

Poſt unicam ebullitionem colentur.

TINCTURA RHABARBARI VINOSA.

R. Rhabarbari electi Uncias duas,
Radicis Gentianae Drachmas ſex,
Seminum Cardamomi minoris Unciam dimidiam,
Vini albi Libras duas,
digerantur leni calore et filtrentur.

UNGUENTUM ALTHEAE.

R. Mucilaginis Radicum Altheae,
Seminis Lini, ſingulorum Libram unam,
Axungiae porcinae Libras ſex.
Coquantur ad conſumtionem omnis aquoſi; deinde addatur
Reſinae flavae ſemilibra.
Miſceantur in Unguentum.

UNGUENTUM BASILICUM.

R. Colophonii,
Cerae flavae,
Sevi ovilli,
Picis nigrae, ſingulorum Libram unam,
Terebinthinae Libram dimidiam,
Olei Olivarum Libras tres.
Leni igne liquata colentur.

UNGUENTUM CERUSSAE.
(*Unguentum album ſimplex.*)

R. Axungiae porcinae Libram unam,

Ceruſſae Libram dimidiam.

Leni igne ſoluta et deinde perfecte refrigerata miſceantur in Unguentum.

UNGUENTUM CERUSSAE CAMPHORATUM.

(*Unguentum album camphoratum.*)

R. Unguenti Ceruſſae frigefacti Uncias duas,

Camphorae cum paucis Olei Amygdalarum Guttulis tritae Grana viginti quatuor.

Miſceantur in Unguentum.

UNGUENTUM DIGESTIVUM.

Vid. *Balſamum Terebinthinatum.*

UNGUENTUM HYDRARGYRI CINEREUM.

(*Unguentum mercuriale* ſ. *Neapolitanum.*)

R. Hydrargyri puri,

Sevi bovini, ſingulorum Unciam unam,

Axungiae porcinae Uncias tres.

Mercurius primum cum Sevo et pauxillo Axungiae porcinae probe exſtinguatur; deinde Axungia reliqua addatur, et terendo miſceantur in Unguentum.

UNGUENTUM HYDRARGYRI CITRINUM.

R. Hydrargyri puri Unciam unam,

Acidi nitrici Uncias duas,

ſolve digerendo; ſolutioni calidae admiſce

Axungiae porcinae recenter liquefactae et jam in coagulationem tendentis Uncias duodecim.

UNGUENTUM HYDRARGYRI RUBRUM.

(*Balſamum Ophthalmicum rubrum.*)

R. Butyri recentis omni Sale privati Uncias tres,
liquefacto leni igne, adde

Hydrargyri oxydati rubri in ſubtiliſſimum pulverem redacti Drachmas tres.

Exactiſſime in Mortario vitreo vel lapideo miſceantur et diu terantur, donec perfecte refriguerint.

UNGUENTUM MERCURIALE.

Vid. *Unguentum Hydrargyri cinereum.*

UNGUENTUM NEAPOLITANUM.

Vid. *Unguentum Hydrargyri cinereum.*

UNGUENTUM OPHTHALMICUM RUBRUM.

Vid. *Unguentum Hydrargyri rubrum.*

UNGUENTUM RORISMARINI COMPOSITUM.

(*Uuguentum nervinum.*)

R. Herbae Rorismarini Uncias duas,
Rutae,
Majoranae,
Menthae criſpae,
Florum Meliloti,
Lavendulae,
Chamomillae,
Baccarum Lauri, ſingulorum Unciam unam,
Axungiae porcinae Libram unam,

Sevi ovilli Libram dimidiam,
coque lento igne, donec aquofum confumtum fit.
In colatura expreffa liquefcant
Cerae flavae,
Terebinthinae, fingulorum Unciae duae,
Olei Laurini Unciae quatuor,
mifceantur in Unguentum.

UNGUENTUM SATURNINUM.

R. Sacchari Saturni Unciam unam cum dimidia,
Cerae albae Uncias tres,
Olei Olivarum Uncias duodecim.
Liquata mifce fub continuo motu ad refrigefcentiam.

UNGUENTUM SULPHURIS.

(*Unguentum ad Scabiem.*)

R. Axungiae porcinae faepius lotae Uncias decem,
Radicis Enulae in pulverem redactae Uncias duas,
Baccarum Lauri contufarum,
Sulphuris triti, fingulorum Unciam unam,
Liquoris Kali carbonici femunciam.
Mifceantur.

UNGUENTUM ZINCI.

(*Unguentum Nihili.*)

R. Zinci oxydati albi pulverati Unciam unam,
Camphorae tritae Scrupulum unum,
Axungiae porcinae Uncias fex.
Mifceantur in Unguentum.

UNGUENTUM ZINCI SULPHURATUM.

(*Unguentum contra Scabiem Jafferi.*)

R. Axungiae porcinae Libram unam,
Florum Sulphuris Uncias duas,
Zinci ſulphurici ſubtiliter pulverati Unciam unam.
Miſceantur in Unguentum.

VINUM STIBIATUM.

(*Aqua benedicta Rulandi; Vinum emeticum; Eſſentia Stibii.*)

R. Tartari ſtibiati Grana viginti ſex,
Vini Hiſpanici Libram unam,
ſolve leni digeſtione et filtra.

VITRIOLUM MARTIS.

Vid. *Ferrum ſulphuricum.*

VITRUM ANTIMONII.

Vid. *Stibium oxydatum ſulphuratum vitrificatum.*

ZINCUM OXYDATUM ALBUM.

(*Flores Zinci.*)

R. Zinci ſulphurici quantum vis,
ſolve in
Aquae fervidae decuplo,
filtra et inſtilla ſenſim
Natri carbonici, in ſufficiente quantitate Aquae ſoluti, quantum ſatis, ut praecipitetur oxydum Zinci. Praecipitatum probe edulcoratum et ſiccatum, uſui ſerva.

INDEX.

Dansk Register.

Deutsches Register.

SELECTUS MEDICAMINUM,

QUAE

IN OMNIBUS MINORIBUS PHARMACOPOLIIS

PRAESTO ESSE DEBENT.

Acetum concentratum.
crudum.
ſaturninum.
ſaturninum concentratum.
ſcilliticum.
Acidum muriaticum.
nitricum tenue.
ſuccinicum.
ſulphuricum concentratum.
ſulphuricum dilutum.
tartaricum.
Aerugo.
Aether ſulphuricus.
Agaricus.
Aloë ſucotrina.
Alumen crudum.
uſtum.
Ammoniacum.
Ammonium carbonicum.
pyro-oleoſum.
muriaticum.
Amygdalae amarae.
dulces.
Amylum.
Aqua calcariae uſtae.
cinnamomi ſimplex.
deſtillata.
foeniculi.
menthae criſpae.
menthae piperitae.
petroſelini.
roſarum.
ſambuci.
ſaturnina.
Argentum nitricum fuſum.
Arſenicum album.
Aſa foetida.
Aſphaltum.
Axungia porci.

Baccae juniperi.
lauri.
Balſamum copaivae.
peruvianum.
ſaponaceum.
terebinthinatum.

Balſamum univerſale.
vitae externum.
Baryta muriatica.
Borax.
Butyrum majoranae.

Calx.
Camphora.
Cantharides.
Carbo praeparatus.
Cardamomi minores.
Caricae.
Caryophylli.
Caſſia fiſtula.
Caſtoreum ruſſicum.
Cepae.
Cera alba.
flava.
ad labia.
Ceratum ſaturni.
Ceruſſa alba.
Clavelli cinnamomi.
Colla piſcium.
Comae lupuli.
Cornu cervi.
ſine igne praeparatum.
Cortex aurantiorum.
caſcarillae.
chinae fuſcus.
chinae flavus ſive regius.
cinnamomi.

Cortex mezerei.
nucum juglandis viridis.
quercus.
ſalicis.
Creta alba.
Crocus.
Cuprum ſulphuricum.

Electuarium aperiens.
theriaca.
Elixir acidum.
pectorale.
Emplaſtrum adhaeſivum.
cantharidum ordinarium.
cantharidum perpetuum.
ceruſſae.
cicutae.
commune.
diachylon gummoſum.
hydrargyri.
de lapide calaminari.
meliloti.
miraculoſum.
piceum.
Euphorbium.
Eſſentia abſinthii.
amara.
aſae foetidae.
cantharidum.
caſtorei.
cinnamomi.

Essentia corticis peruviani simplex.
corticis peruviani composita.
corticis aurantiorum.
corticis cascarillae.
radicis gei urbani.
myrrhae.
pimpinellae.
scillae.

Extractum absinthii.
aconiti.
cardui benedicti.
chamomillae.
conii maculati.
corticis peruviani.
graminis liquidum.
hyoscyami.
nucum juglandis.
taraxaci liquidum.

Fel bovinum inspissatum.

Ferrum pulveratum.
sulphuricum.

Flores arnicae.
chamomillae vulgaris.
lavendulae.
rosarum.
sambuci.
verbasci.

Folia quercus.
sennae.
ribis nigri.

Galbanum.

Gallae.

Gelatinae liquiritiae.

Glandes quercus.

Gummi arabicum.
guajaci.
guttae.

Herba absinthii.
aconiti.
altheae.
cardui benedicti.
chamomillae vulgaris.
cicutae aquaticae.
cicutae terrestris.
farfarae.
gratiolae.
hyoscyami.
majoranae.
malvae.
melissae.
menthae crispae.
menthae piperitae.
millefolii.
nicotianae.
salviae.
scordii.
thymi.
trifolii fibrini.
veronicae.
violae tricoloris.

Hirudines.
Hydrargyrum muriaticum corroſivum.
muriaticum mite.
oxydatum rubrum.
oxydatum nigrum.
ſtibiato-ſulphuratum.
ſulphuratum nigrum.

Infuſum ſennae compoſitum.

Kali acceticum.
carbonicum depuratum.
nitricum depuratum.
tartaricum.

Lapis calaminaris.
Lapides cancrorum.
Lignum guajaci.
quaſſiae.
ſaſſafras.
Linimentum ammoniatum.
ammoniato-camphoratum.
Liquor ammonii acetici.
ammonii carbonici aquoſus.
ammonii cauſticus.
ammonii pyro-oleoſi.
ammonii ſuccinici.
ſtibii muriatici.
Lithargyrium.
Lycopodium.

Macis.
Magneſia carbonica.
ſulphurica.
Magneſium oxydatum nigrum.
Maltum.
Manna.
Mel album.
commune.
deſpumatum.
Minium.
Moſchus.
Muſcus islandicus.
Myrrha.

Natrum aceticum.
carbonicum.
ſulphuricum.
Nuces moſchatae.
vomicae.

Oleum abſinthii coctum.
amygdalarum.
animale aethereum.
animale foetidum.
aniſi.
anthos.
aſphalti.
baccarum juniperi.
caryophyllorum.
de cedro.
chamomillae coctum.

Oleum foeniculi.
hyoſcyami.
hyperici.
laurinum expreſſum.
lini.
olivarum.
ovorum.
raparum.
ricini.
terebinthinae.
Opium.
Oxymel ſcilliticum.
ſimplex.

Paſſulae laxativae.
Paſta altheae.
Pilulae aperientes.
Piper nigrum.
Pix ſolida.
Plumbum aceticum.
Poma aurantia immatura.
colocynthidis.
Pulpa caſſiae.
tamarindorum.
Pulvis jalappae compoſitus.
magneſiae compoſitus.
refrigerans.
temperans camphoratus.

Radix altheae.
angelicae.
Radix armoraciae.
bardanae.
calami aromatici.
caryophyllatae.
chinae.
enulae.
gentianae.
glycyrrhizae.
graminis.
gratiolae.
jalappae.
ipecacuanhae.
iridis florentinae.
pimpinellae.
rhabarbari.
ſaleb.
ſcillae.
ſenegae.
taraxaci.
valerianae ſylveſtris.
zingiberis.
Reſina guajaci nativa.
jalappae.
pini.

Sapo alicantinus.
ſtibiatus.
Scammonium.
Semen aniſi.
aniſi ſtellati.
cannabis.

Semen carvi.
cynae.
foeniculi.
foenugraeci.
lini.
papaveris albi.
petroselini.
sabadillae.
sinapi albi anglici.
tanaceti.
Sevum bovinum.
ovillum.
Species pro cataplasmate emolliente
pro decocto lignorum.
fumales.
pro infuso pectorali.
resolventes externae.
Spiritus cochleariae.
lavendulae simplex.
lavendulae compositus.
muriatico-aethereus.
sulphurico-aethereus.
sulphurico-aethereus-camphoratus.
vini camphoratus.
vini rectificatus.
vini rectificatissimus.
Spongia cerata.
marina.
Stibium oxydatum sulphuratum vitrificatum.
sulphuratum nigrum.

Stipites dulcamarae.
Succinum.
Succus berberum.
juniperi inspissatus.
liquiritiae depuratus.
sambuci inspissatus.
Sulphur citrinum.
depuratum.
praecipitatum.
stibiatum rubrum.
Syrupus altheae.
berberum.
cerasorum.
diacodion.
mannae.
rhei.
sacchari depurati.
rubi idaei.

Tamarindi.
Tartarus depuratus.
natronatus.
stibiatus.
Terebinthina cocta.
communis.
Tinctura guajaci spirituosa.
opii crocata.
opii spirituosa.
rhabarbari aquosa.
rhabarbari vinosa.

Unguentum altheae.
basilicum.
cerussae.
cerussae camphoratum.
hydrargyri cinereum.
hydrargyri rubrum.
rosmarini compositum.
saturninum.
sulphuris.

Vinum gallicum album.
malacense.
stibiatum.

Zincum oxydatum album.
purum.
sulphuricum.

ERRATA NOTABILIORA
Pharmacopoeae danicae.

Pag. 7. Lin. 14. colligenda leg. colligendi
8. — 5. paratus l. paratur
11. — 2. violaceae l. ferulaceae
15. — 24. Kaempero l. Kaempfero
16. — 1. Hasselwurzel l. Haselwurzel
26. — 1. Antophylli l. Anthophylli
28. — 6. gulden l. gülden
33. — 1. guttularum l. guttularum acidi ſulphurici
— — 26. In Cocco cacti coccinelliferi l. Coccus Cacti, in Cacto coccinellifero
36. — penult. pvovin- l. provin-
49. — 9. Huſſonis l. Huſſonis,
— — 22. nullius l. nullus
57. — 19. reliquens l. relinquens
59. — 18. collectus l. collecta
61. — 25. Olei l. Oleae
65. — 10. locos l. locus
68. — 7. Raphani l. Raparum
— — ult. Weichsdornbeeren l. Weisdornbeeren
72. — 1. catharcticum l. catharticum
75. — 9. vinoſi l. viroſi
78. — 9. fruſtulae albae, lamelloſae l. fruſtula alba, lamelloſa
— — — inquinatae l. inquinata
80. — 7. magnum l. magma
81. — 8. rugoſo l. rugoſa
— — 9. coriaceo l. coriacea
86. — 22. congrueus l. congruens
134. — 21. ſecluſi l. ſecluſae
139. — 21. indururescat l. indureſcat
143. — 13. cauſtici l. carbonici

